RABANUS DE SACRAMENTO EUCHARISTIAE. OPUS NUNC PRIMUM RECENS EDITUM, EX BIBLIOTHECA CUTHBERTI TUNSTALLI EPISCOPI...

Maurus Hrabanus Magnentius, Cuthebert Tunstall, Ratramnus monaco di Corbie



RABANVS DE SACRAMENTO EVCHARISTIAE.

Opus nunc primùm recèns editum, Ex bibliotheca Cuthberti Tonstalli episcopi Dunelmensis.

Accessit eiusdem argumenti opusculum [illegible]

Au[illegible] [illegible] falso [illegible]

J.B


COLONIAE

Apud Ioannem Quentel,

Anno M. D. LI.

15





INCIPIT PROLOGVS

RABANI

DE CORPORE ET SANGVINE DOMINI.

DILECTISSIMO filio, & vice Christi præsidenti, magistro monasticæ disciplinæ, alternis successibus veritatis condiscipulo. Noui igitur nec ambigo tuarum experimento disciplinarũ solertia, quòd Arsenius noster, quem nostra nunc nobis secula Hieremiam alterum tulerunt, ab illo in fide te multa cõmunicauit ratione. Propter quod à primæuo indefessus, curauit te rapere de inter vndas. sed fateor, tibi magis meliorem patris supra verticem profusisse qua deniq; subuectus, tute te cõgratular euasisse, me quoq; iocundor non in vacuum cucurrisse. Præfatus autem pater, vt iustitiam facientibus mors est, exilium fert pro fide illo vt vtar Comici, quia plenus rimarum, veritatẽ sciens silere noluit. Vnde adhuc suspecti, quid Deus dispẽsatio

ex eo vlteriùs velit, quem iam inspicimus promissionibus meritorum hinc indè diuinitùs accitari. Tu tamen non es secutus iuuenilia, vt assolent, desideria, qui diutinis premuntur inuiti disciplinarũ compedibus: sed radicatus fide Christi, vltroneus, moribus & vita quotidiè ad meliora domino iuuante proficis. Neq; (vt frequẽter tibi obieceram) supra glaciem scribẽs, ad solem posui: sed in soliditate fidei & charitate Christi, interiùs spiritu solidâte, semina vitæ seui. Vndè votorum, fili, censura fidei & dilectionis gratia etiam inter mũdi turbines, præsertim dum noster suis discordiarum anfractibus penè labitur orbis, effusa sup[illegible]tione imperij diuino arbitrio quorũ lite multùm diuq; concussus, tandẽ occulta quę à principio per partes hinc indè concreuerant delictorum, habenis vndiq; concupiscantiarum refusis, iam sua summos feriunt fulgura montes, ita vt nihil nostras nisi cõfusio vndiq; per singula horarũ spatia repercutiat aures: tamẽ non supersedi te vnicũ ac specialem, oc diuiois duntaxat, quãuis clausus custodia, curarem eluere votis, &

ad

ad immortalia æternorum licèt sermone inclinato pulsum à lacte annuis angoribus vt glifcas felicius inuitarem. Quod ideo placuit cõmunius stylo temperari sublato, & ea quæ de sacramẽto corporis & sanguinis Domini tibi exigis necessaria, tui prætextatus amore ita tenus perstringere, vt cæteri, quos needum vnda liberalium attigerat literarum, vitæ pabulũ & salutis haustum planiùs caperent ad medelam, & nobis operis præstantior exuberaret fructus mercedis pro sudore, quia pecunia verbi, sicuti pleniùs nosti: quantos repleuerit suis sumptibus auditores, tantis copiosiùs in sese amplificatur meritorũ opibus. Ideo velim non puerili animo ista perlegas, verborum ad alia preciosorum amore ductus: sed sic sedeas ad hanc mensulam paupertatis, ac si ad ferculũ Salomonis. Ambiunt ergo eam electorũ sexaginta fortes ex fortissimis supernorum, vbi si quis supercilio sus, aut inuidus vel indignus accesserit vsquã, eorum loquor tutus præsidio, ista non absq; periculo contemnit: quoniam vniuscuiusq; ensis super femur vibrat, tam vt talium retũdat audaciam, q̃ Cant. 3.

vt regis excubias custodiant contra hostes. Quod etsi minus mihi est in eloquio, nihil prestātius in materia, quia dignè credentibus vita prestatur incorruptibilis & æterna. Hinc ergo ne putes me tibi fili fabulam de Maronis falsiura contexere: imò crede post hæc infantię nihil magis cauendum, q̄ ne in his offendas: nihilq; felicius, si dignè ad ea gustu intelligibili ptingas. Qui si rectè sapias, quotiès libet, recūbens inter angelorum frequentiā & sanctorum omniū epulas, qa cōuiuiū est regis ęterni, admisceris vbi sponsus & sponsa dulcib⁹ deliciarū fruuntur munerib⁹: & rex totius
Matth. 22. creaturę quotidiè ingredit, vt videat discūbentes, si vestē in qua renati sunt, habeant nuptialē. Vndè charissime, qa periculosius est talia prępsumere, opesq; deliciarū Christi fœdare vitæ criminibus, & quæ sancta sunt impudēter attingere, velim caueas ad
Psal. 25. a haec vnà cū iniqua gerentib⁹ introire. imò
Ibid. in d laua inter innocentes manus, quia iam sacris es officijs mancipatus, vt sine periculo possis accedere ad cōmissa, & cum fiducia contingere vitæ pascua. Quibus sanè refectus, & vsque ad finem vitæ dignè nutritus

tritus, valeas peruenire ad locũ tabernacu- Psal. 42.
li admirabilis vsque ad domum Dei in voce exultationis & confessionis vbi sonus est epulantis. Noli ergo parui pendere tantam gratiam, sed de hoc exiguo lectionis intellige, quanta sit vitam æternam in præsentiarum accipere, & angelicis escis quotidie saginari. Quoniam etsi Deo plena sunt omnia, nos quoque coram oculis diuinæ maiestatis semper versamur, & perfidis vbique nullus tutus est locus tamen plurimùm coram sanctis altaribus frequentiam angelorũ, vultumq; Dei cõtemplantem diuina obsequia, obseruare oportet & vereri. Hæc autem vt securius perlegat infantia, placuit, charissime, catholicos ecclesiæ doctores in principio annotare, ex quibus pauca de pluribus quasi lac teneritudinis eliquauerim, Cyprianum scilicet, Ambrosium, Augustinum, Hieronymum, Ioannem, Hilarium, Gregorium, Isicium, quorum doctrina for. Hesychium.
imbutus & fide, melius possis ad altiora proficere. Nostro quidem stylo nunc sensum eorum cõmendaui, nũc verò proprijs eorũ verbis vtens, quæ apta erant, meo studio

 tempe-

temperaui: interdum, quæ manifesta, non dubia videbantur, vera ratione firmaui: & contra quæq; in eiusdem libri margine literis doctores quos præmisi, ex initio nominis e regione figere curaui. Propter quod lege securus, & perfice, quę monui, deuotus.

¶Explicit Prologus.

INCIPIVNT CAPITVLA.

1 Quòd natura omnium creaturarũ non ex se est, neq; ex sese creat, sed in volũtate Dei oĩm rerũ natura cõdita est.

2 Quòd Deus omniũ rerũ artifex, nõ ita cõdidit naturas, vt suũ velle ab his auferret, sed vt ita essent, vt ipse decreuerat.

3 Quòd sicut in potestate sua Dñs fecit in cęlo & in terra quæcunq;, ita & in eadẽ fecit, vt eius non alia esset caro, quàm quę nata est de Maria virgine.

4 Quòd si quis veram speciem panis, veram Christi carnem non credit, minimè verum Deum esse illũ crederet, si eũ in forma serui suspensum in cruce cerneret.

Quòd

14 Qualiter nos in Christo, & Christus in nobis maneat.
15 Quòd tribus modis corpus Christi appelletur.
16 Quomodò hydria farinæ & lecythus olei, hoc sacramentum significauerint.
17 Quòd stultus dicit, quomodò tam subitò in cælum offertur caro Christi in eo loco, vbi sacerdos dicit in Canone, Iube hæc perferri per manus sancti angeli tui in sublime altare tuum, in conspectu diuinæ maiestatis tuæ, & ab ipso Christo porrigitur.
18 Qui sint, qui hoc mysterium possidét, corpus Christi.
19 Quòd bis reus habetur, qui indignè audet communicare corpus Christi.
20 Quòd nõ oẽs sunt sancti, q vocant̃ sancti, sed qa ibi incipit ira vindictæ Dei.
21 Quid sit lignum vitæ, aut quid fructus illius significet.
22 Cur Christus, qui semel passus est in cruce, adhuc quotidiè immolatur.
23 Quòd Christus nõ solùm spiritualiter, sed & carnaliter manet in nobis, & nos in ipso.

QUA-

Quòd

33 Quòd quanuis sacerdos omnibus æqualiter tribuat hoc mysterium, nō tamen omnes æqualiter sumant.

34 Quòd sacerdos, licèt indignus sit, tamen mysterium tam magnū violare vel sordidare non possit: & sicut non suum est quod offert, sed omnium, ita nec illius preces sunt tātùm, sed omniū circumastantium.

35 Quid de adulteris presbyteris sub figura loquatur dominus.

36 De colore & sapore carnis & sanguinis domini.

37 Quòd adhuc mali & perfidi ruminant intrinsecùs, qualiter *fieri possit, vt caro hominis cruda voretur, vel cruor bibatur.

*esse

38 Qualiter superna pietas aliquādo probis, aliquando dubitantibus, vt vel sic crederent, veram carnem vel cruorē ostenderit.

39 Quòd quidam presbyter ob magnum desiderium promeruit, nō solùm vt Christum cerneret, sed & vt in vlnis stringeret & oscularetur.

40 Quòd hoc mysterium nullius meritis consecre-

secretur, nisi illius, cuius nutu omnia reguntur & sunt.

Quòd non alium calicem accipimus & offerimus hodiè, nisi quem ipse Iesus in suis sanctis accepit manibus in cœna. 41

Quòd nō aliam carnem comedim⁹, quàm quæ in cruce pependit: & alium sanguinem non bibimus, quàm qui de latere eius fluxit. 42

Quòd quantitas in hoc mysterio non sit consideranda, sed meritum & virtus. 43

Quòd bonus bonū bono suo percipiat, malus verò malo suo* accipiat bonum, id est, eucharistiam. 44

*percipiat

Quare ante passionem corpus suum discipulis suis Iesus contradidit. vtuq; propter hæreticos. 45

Quòd nec caro sine cruore, nec sanguis sine carne communicatur. 46

Quòd infelix sit, qui ea non credit quæ latent in hoc sacramento. 47

Quare nos ieiuni communicemus, cū apostoli nō ieiuni, sed ad cœnam primitùs communicarent. 48

Quantum sit inter communem cibum & hoc sacramentum. 49

50 Quòd quidam errando dicũt, quòd Christus post futuram resurrectionẽ regnaturus sit cum omnibus sanctis in mũdo mille annos.

51 quòd CHRISTVS & conuiua sit & conuiuium.

52 quòd Iacob desiderabat hunc cibũ & vestimentum.

53 quòd illud tam magnum huius sacramenti bonum Zacharias admiratus sit.

54 quòd omnis ecclesia Christi, virgo nominatur & est.

55 Admonitio cuiusque, vt sit probus & castus ante communionem.

56 De hœdo & agno, qualiter vnicuique immolantur in hoc mysterio.

57 Quòd aliquis dicat, Non sum ausus communicare, quia peccator sum: & idcirco per negligẽtiam fit scropha diaboli.

CAPITVLA, QVOMODO sit Trinitas in Vnitate.

1 HVcvsque de eucharistia. nunc verò qualiter sit Trinitas in vnitate, & Vnitas in trinitate, & de baptismo Christi

ſti in Iordane: & quia hæc omnia ad eucharistiam pertinent, diſputatur, gaudeamus, quia pro nobis eſt.

Quòd quamuis timidè, tamen dicat quis 2
ſeparabilem Trinitatem.

Quòd hi tres, pater, filius, & ſpiritusſanct9, 3
non ſimul, ſed ſeorſum veniunt.

Verùm aliquid facit pater, quod non facit 4
filius: aut filius, quod non facit pater.

Quòd filius natus ſit de virgine, & non pa 5
ter: & tamen natiuitatem & pater & filius operatus ſit.

Quòd filius ſit paſſus, nō pater: paſſionem 6
autem filij & pater & filius operatus ſit.

Quòd filius reſurrexit, nō pater: pater au- 7
tem & filius reſurrectionem operatus ſit.

Quòd nihil in operibus ſuis fecit filius ſi- 8
ne patre.

INCI-

INCIPIUNT CAPITULA IN LIBRUM BEATI RABANI DE CORPORE ET SANGUINE DOMINI AC REDEMPTORIS NOSTRI IESV CHRISTI.

¶ Quòd natura omnium creaturarum non ex se est, neque ex sese creat, sed in voluntate Dei, omnium rerum natura condita est.

CAPUT PRIMUM.



Rom. 10. VI DEUM CUNcta creasse de nihilo, corde credit ad iustitiã, & ore confitetur ad salutem: nũquam dubitare poterit, ex aliqua aliqd rursum fieri posse quasi cõtra naturam aliud in-

immanere naturæ, quod necdum erat. Nam natura omnium creaturarum, non ex se est, neque ex sese creat. Rursum, omnia quæ nascuntur naturalia rerum, non per se sunt nascentia, sed voluntate Dei, omnium rerum natura condita est. Propterea si rectè quis credit & sapit, non naturam causam dicit esse rerum, sed omnium naturarum, & ex natura sui generis denascétium, voluntatem Dei causam esse confitetur. Porrò voluntas Dei tam efficax est & omnipotens, vt eius velle solùm, fieri sit: ac per hoc, voluisse illum, fecisse est. Vndènimirùm omnium rerum & naturarum causa, sola voluntas Dei verè creditur: ideoque quotieslibèt in seculo videtur quasi contra naturam aliquid fieri aut euenire, quodam modo non contra naturam est: quia potissimùm rerum naturæ creaturarũ hunc habet eximium, vt à quo est, semper eius obtemperet iussis: vt sicut velle Dei, eius profectò est esse, ita quoq; quicquid eam rursus esse Dei virtus decreuerit, iure aut crescendo augeatur, aut nascendo: licèt ꝑ nostris sensibus diminuatur, aut mutando in aliud omnino quod non erat, præter-

B mitto

[illegible]

misso naturæ ordine, conuertatur, rectissimè cõfitemur. Hinc ergo pulchrè à quodam poetarum nostrorũ dictum est: Subditur omnis Imperijs natura tuis, rituque soluto, Transit in aduersas, iussu dominante, figuras. Quoniam extra potentiam Dei nihil est, idcircò omnia potest.

¶Quòd Deus omnium rerum artifex, non ita condidit naturas, vt suum velle ab his euferret: sed vt ita essent, vt ipse decreuerat.

Cap. 2.

NEque enim sic cõdidit omnium artifex Deus rerum naturas, vt suum velle ab his auferret, quia omniũ creaturarum subsistentia in eadem Dei voluntate subsistit & virtute, à qua causam habet non solùm vt absistat quicquid est, sed etiam vt sic sit, sicut ipse Dei voluntas decreuerit, quę causa est omnium creaturarum. Alioquin nec subsisteret vlla creaturarum existentię, nisi in eius voluntate, à quo totius, eius esse manet. Et ideo natura creaturæ, quotiès mutatur, aut augetur vel subtrahitur, non ab illo esse diuertitur in quo est, quia sic est & sic fit, vt ille decreuit in quo

(tot, mutis)

quo est. Patet igitur, quoniam nihil extra vel contra Dei velle potest, sed cedunt illi omnino oĩa: & ideo nullus moueatur de hoc corpore Christi & sanguine, quòd in mysterio vera sit caro & verus sit sanguis, dum sic ille voluit qui creauit.

¶Quòd sicut in potestate sua dominus fecit in cęlo & in terra quęcunq;, ita & in eadem fecit, vt eius non alia esset caro, quàm quæ nata est de Maria virgine.

Cap.

OMnia enim quæcũq; voluit Dominus, fecit in cælo & in terra. Et quia voluit, licèt figura panis & vini hęc sic est, omnino nihil aliud, quàm caro Christi & sanguis, post consecrationem credenda sunt. vndè ipsa veritas ad discipulos: hæc, inquit, caro mea est pro mundi vita. Et vt mirabilius loquar, non alia planè, q̃ quæ nata est de Maria, & passa in cruce, & resurrexit de sepulchro. Hæc, inquam, ipsa est, & ideo Christi caro est, quæ pro mundi vita adhuc hodiè offertur, & cùm dignè

Psal. 113.b. 134.a

Ioan. 6.f

percipitur, vita vtique æterna in nobis reparatur. Quod si minùs alicui quæ dicim', credibilia videntur, attendat vniuersa veteris testamenti miracula, quæ contra naturæ ordinem, ob fidei firmitatem à Deo gesta sunt: & videbit luce clariùs, quòd Deo nihil impossibile sit, dum omnium esse, Dei voluntas est: & quicquid voluerit Deus, hoc singula fiunt.

Luce.

¶ Quòd si quis veram speciem panis, carnem Christi non credit, minimè verum Deum esse illum crederet, si eum in forma serui suspẽsum in cruce cerneret.

Cap. 4.

AT verò quisquis ista non credit, si vidisset Christum in cruce in specie serui, quomodò Deum illũ intelligeret, nisi per fidem priùs credidisset? Ita & in hoc corpore vbi species alia monstratur, quomodò carnem Christi videat, nisi per fidẽ veraciùs credat? Cogitate ergo, si mare rubrum olim habuit in natura diuidendi se, vt populus per medium sicco vestigio transiret: aut si habuit omnis illa Aegyptiorũ aqua ex scilicet per mosen con-

Exo 14.

conuertēdi in sanguinem, & cætera, an in voluntate Dei fuit, vt impios permulceret ad fidem, & monstraret in specie coloris eius, quod omnis eorū doctrina & morum aspersio versa esset in sanguinē. Deinde in euā- Ioan. 2.
gelio aqua de fonte perhausta, habuit potentiam se in vini mutandi saporem. Et vt de innumeris pauca cōmemorem, habuit Dan. 3.
ignis ille Babylonius, vbi tres pueri missi sunt, per naturam ne calesceret: an in voluntate Dei fuit, vt fieret tanquam spiritus flantis, vt refrigerium magis quam incendium præstaret sanctis? Cogitet ergo quisque panes illos in eremo quinque, aut septem, si ha- Mat. 14. Ioan. 6.
buerunt substantialiter ex se vt tot homines satiarent, deinde tot sportas implerēt: an in gratia fuit, quod factū est, creatoris. Minuendo enim multiplicabantur.

¶ Quòd virgo Maria in sua natura vel potestate non habuit, vt pareret Deum sine coitu, sed in virtute Dei.

Cap. 5.

NEcnon etiam & Maria virgo habuit in natura, vt virgo pareret sine coitu Deum, an in virtute Dei? Et vt apertiùs dicam, caro nostra vel animalium nun-

 quid

Gen. 3. quid nõ terra? Imò terra: quia dictum est, Terra es, & in terram ibis. Quanuis ergo terra, vera, caro, licèt corruptibilis, quæ si seruauerit iura legis & mandatorum Dei præcepta, vestietur adhuc immortalitate per ista quæ exponimus: etiam quanuis caro, tamen incorruptibilis erit. Quæ velim diligenter attendas ô homo: & tamen per omnia quæcunque naturaliter videntur esse, vel quæ contra naturam facta leguntur ab initio creaturæ: & intentiùs obsecro considera, vtrùm ex sese in sua natura fiunt singula, vel quæ demutantur in aliud quod non erant, vtrùm per ordinem futuris, vt sint mirabilia, aut certè quòd magis fateberis, & illa quæ sunt quasi naturalia, & ista quæ quasi contra naturam veniunt, prorsus omnia in voluntate Dei esse, & in sapientia singula pro vtilitate rationabilium procreari. Et ideo causam omnium existentium, voluntatem Dei rectè fatemur. Nec immeritò: quoniam voluisse, fecisse fuit. Vndè quotiescunque aliquid fit ex aliquo, virtute voluntatis eius fit, & in sapientia eius, qualiter fiat, præparatur. Neque igitur voluntas sine virtute, ne-

neque virtus sine sapientia quippiam effi cit: quia voluntas Dei, virtus & sapientia est: ideoq; quicquid vult, ita fit vt vult, & in nullo fallitur, quia in sapiētia sua omnia vult. Imò ipsa sapiētia eius voluntas est: & propterea nihil mali, nihil quod non pos sit, vult.

Quòd non per oculum exteriorem, sed per fidem contemplari valeat, quòd verè Christi sit caro, quæ in pane consacratur.
Cap. 6.

VNdè quia sic dominus voluit, vt caro eius esset & sangùs hoc mysteriumn nullo dubites, si Deum credis, sed vera fide habeas in animo, quòd hæc est caro illa, quæ oblata est pro mundi vita: quam qui dignè comederit, mortem non videbit in æternum. Nihil enim CHRISTVS ecclesiæ suæ maius aliquid in my sterio reliquit, quàm hoc & baptismi sacramentum, necnon & scripturas sanctas, in quibus eibus spiritussanctus, q pignus Ioan. 6.

totius ecclesiæ est, interius mystica salutis nostræ ad immortalitatem operatur. Sed in his denique nihil incredulis mirabile, credentibus verò nihil melius, nihil mirabilius, nihil locupletius, in hoc seculo probetur: non vt mirabilē visui pateant oculorum, sed in fide & intellectu diuinis redoleāt mysterijs: & in eisdē æternitas mortalibus & participatio Christi in vnitate corporis concedatur. Hac igitur de causa, longè ab omnibus quæ facta sunt à seculo miraculis, distat hoc mysterium: quia illa omnia ideo facta sunt, vt hoc vnum credatur, quod Christus est veritas, veritas aūt Deus est. Et si Deus veritas est, quicquid Christus promisit in hoc mysterio, vtique verum est: & ideo vera Christi caro & sanguis, quæ qui dignè manducat & bibit, habet vitam æternam in se manentem. Sed visu corporeo & gustu propterea non demutentur, quatenus fides exerceatur ad iustitiam, & ob meritum fidei, merces iustitiæ consequatur. Alia nanque Christi miracula hoc vnū passionis confirmāt sacramentū: & ideo nō ob miraculū ista mutantur exterius in carnis & sanguinis specie sed

Ioan. 14.

sed interiùs, vt fides comprobetur, in spiritu verissimè cõfitemur. Quia ergo iustus ex fide viuit, habeat iustitiam fidei in mysterio, & per fidem vitã in se suscipiat manentem, qua securior adhuc mortalis, immortalitate pastus, quãtocitiùs ad immortalia festinet: vbi nõ pedibus, sed cũ bonis operibus peruenitur. Constat igitur modis omnibus, quia sicut in paradiso lignũ vitæ fuit, ex quo iugis subsisteret status hominis, si mandata seruasset, & immortalitas, ita prouisum in ecclesia hoc mysteriũ salutis: nõ quòd eidem ligno hoc esset in natura, sed re visibili virtus inuisibilis intrinsecùs operabatur: ita siquidẽ & in isto cõmunionis sacramento visibili, diuina virtus ad immortalitatẽ sua inuisibili potentia quasi ex fructu ligni paradisi nos & gustu sapiẽtiæ sustẽtat & virtute, quatenùs per hoc si dignè sumimus, demũ in meliùs dispositi, ad immortalia feramur. Ad hoc ergo verbum caro factum est, & habitauit in nobis: vt per Deũ verbum caro factũ, caro proficeret in Deũ verbum. Quæ nimirum caro verbi, fit esca in hoc mysterio cibusq; fideliũ, dum verè creditur esse ca-

Rom. 1. Abac. 2.

Ioan. 1. [illegible]

Ioan. 6. ro pro mundi vita: neq; aliud aliquid, q̃ caro corporis Christi, & qua Christus manet in nobis, vt nos per eã transformemur in illo, q nihil aliud factus est, quàm Deus caro dignatiõe sua, vt habitaret in nobis. Si ergo habitat in nobis, & nos membra corporis eius, manemus in illo, iustũ est, q in illo sumus, vt ex eo viuamus: & ideo carne verbi pascimur & potamur sanguine. Hæc, inquã, firmitas fidei nostræ, hæc vnitas & vitæ cõmunicatio: vbi si naturæ ordo requiritur, succumbit ratio: & tamẽ manet extra humanam rationem facti veritas, ita vt in ratione fidei, vis, deitas & potestas efficax modis omnibus credatur: q dubietas mentis, licèt bonæ vitæ sit, hõminem excludit, ne ad huius sacramẽti intellegentiam pertingat.

¶ Quòd fidelibus sollicitè sit perscrutandum, quid in hoc sacramento ad fidem pertineat, quidve ad scientiam. CAP. VII.

SAcramentũ dominici corporis & sanguinis, quod quotidiè in ecclesia celebratur, nemo fideliũ ignorare debet, nemo nescire quid ad fidem, quidve ad scien-

ſcientiam in eo pertineat: quia nec fides in myſterio ſine ſcientia rectè defenditur, nec ſcientia ſine fide, quæ, necdum capit, quandoq; vt percipiat, enutritur. Ac per hoc tanti ſacramenti virtus conſideranda & inueſtiganda eſt, & diſciplina Chriſti erudienda, ne fortè cenſeamur ex eo indigni ſaltē, ſi nō ſatis diſcernimus illud, nec intelligimus myſticū Chriſti corpus & ſanguis quanta polleat dignitate, quantaque præmineat virtute, & diſcernatur à corporeo guſtu, vt præſtantius ſit omni ſacrificio veteris teſtamenti. Hoc ſanè ſi qs ignorat, nō diſcernit: & ideo timendum, ne per ignorantiam, quod nobis prouiſum eſt ad medelam, fiat accipientibus in ruinam. 1.Cor.11. Ibidem.

¶Quòd per ignorantiam omnis alienigena vel mercenarius, id eſt, qui virtutē huius myſterij neſcit, non ſit dignus vt præſumat accedere ad ſancta ſanctorū. CAP. VIII.

VNdè Dominus in Leuitico, Qui comederit de ſanctificatis, inquit, per ignorantiā, addat quintam partē cū eo quod comedit, & dabit ſacerdoti in ſctūario, nec conta- Leu.22. b

contaminabis sanctificata filiorum Israel quæ offerunt domino, ne fortè sustineant iniquitatem delicti sui cùm sanctificata comederint. Et addidit: Ego dominus qui sanctifico eos. Ac deindè: Sancta sanctorũ sunt. Vbi ꝑfectò mysteriũ corporis Christi & sanguinis designatur, de quo nõ habet potestatem edendi non solum omnis alienigena, inquilinus, & mercenarius, verùm nec qui per ignorantiã tanti mysterij obcęcatur. Per ignorantiam autem illud percipit, qui virtutem eius & dignitatem atq; circunstantiã ipsius sacramenti penitùs ignorat, q nescit ꝙ verè corpus & sanguis sit domini secundum veritatem, licèt in sacramento accipiatur per fidem. hic quidem mysterium accipit, sed mysterij
Prou. 23. a virtutem nescit. Vndè Salomon, imò per eum spiritus diuinus iubet, Cùm sederis ad mensam potentis, vt comedas cũ principe, diligenter attende quæ apponuntur coram te, quoniam talia te oportet preparare, id est, mortificationẽ Christi in cor-
2. Cor. 4. pore circũferẽdo quotidiè prędicare. diligenter ergo intelligere, & spiritualia sacramenta palato mẽtis & gustu fidei percipere,

cipere, quasi legaliter quintam partem ad ea, quæ prius comederat per ignorãtiam, superaddere est, dum diuina intelligibiliter inferior homo noster per Christi gratiam excipit, & per ea virtute fidei Christo concorporatur. Alioquin quomodò lex iuberet ad ea, quæ comederat aliqs per ignorantiam, quintã superaddere partẽ, cùm iam non superessent, quibus vlteriùs addi quippiam potuisset? Nõ enim superadditur illi rei quę iam non est, sed ei vtiq; quæ hactenus est. Vnde bene septuaginta super ipsum addi quintam partem iubẽt. Quinta igitur pars illius, tũc rectè à nobis superadditur ei quod prius per ignorantiã accipiebatur, si quinq; sensus corporis intùs ad intelligibilia spiritualiter cõuertãtur: quia si rectè sapimus vel rectè percipimus, diuinus spiritus in nobis est etiam & per eandem gratiam ampliatur, eosdemq; sensus nostros ad ea percipienda instruit & componit ita sanè, vt non solùm gustũ interiùs ad mystica perducat, verùm & visum atq; auditum, necnon odoratũ & tactum ita tenus illustret quodam modo, vt nihil in eis nisi diuina sentiantur, nihilq; nisi Leu. 22. b

nisi cælestia intelligantur. Terribile satis est quod cõmunicatur. Vndè q̃ benè dici-
Leu. 22. tur: Addat quintam eius partem super eũ, vel sicut alij codices habent, cũ eo, & dabit sacerdoti: quia omnem sanctificationem
qui adnectunt ? mystici sacrificij & efficaciam, quomodò sensibilis res intelligibiliter virtute Dei p verbum Christi in carnem ipsius ac sanguinem diuinitùs transferatur, vel qualiter per hæc cõmunicãtes ad spiritualia nu-
Psal. 109. triantur. Siquidem Christo, qui verus &
Heb. 7. summus est sacerdos, catholicè totum tribuere oportet, totumq́, eius virtuti atque ipsius potentiæ designari, nempe q ipse liberat ab ignorantia vniuersa, & remouet nos à carnalibus huius vitę. Neq; ita q; sapit terrenũ aliquid aut vile ibidem suspicari, sed mystica & spiritualia in his sapere, ita vt nostri corporis sensus ad ea, interiùs sanctificandi, auidiùs transferantur, si quo modo dicere possit prȩminẽtior pars
Psal. 83. hois, Cor meũ & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Rectè igitur in Deũ viuũ totus homo exultat, quia licèt ab omnib^ caro Christi & sanguis quotidiè comedatur, ipse tamé agnus viuus & integer permanet.

manet. Non enim moritur, mors ei vltrà non dñabitur. sed tamen in mysterio veraciter quotidiè immolatus, in absolutioné delictorũ comeditur. Vndè ilicò in eadẽ lege sentẽtia infert: Ego dominus q sanctifico eos. Sanctificat autem eos, qui per hęc cõpetenter ad Deũ sanctificantem tendunt, & cum deuotione modo quo oportet, ea percipiunt: quia sanctificationis causam & cõtaminationis, renatis in Christo ista proposuit. Alioqn portabit iniquitaté delicti sui, vt lex ait, qui sanctificata contaminauerit, comedés per ignorantiã, vel indignè appetés ea ex contemptu. Hinc ergo erudire oportet eos q percipiunt vitę sacramẽta, ne fortè si qs desidiosè salutaria ignorat rudimẽta, & ipse penitᵘˢ à dño ignoret. Rom. 6. Leui. 22. b 1. Cor. 4. b

¶ Quid sit sacramentum, aut quid mysterium appelletur.

CAP. III.

SAcramentum igitur est, quicqd in aliqua calabratione diuina nobis quasi pignus salutis traditur, cùm res gesta visibilis, lógè aliud inuisibile intùs operatur, quod sanctè accipiendũ sit. Vndè & sacramẽta dicunt, aut à secreto, eo qđ in re visibili diui- Sacramẽta vndè dicta.

diuinitas intùs aliquid vltra ſecretiùs efficit corporale: aut à conſecratione ſanctificationis, quia ſpiritus ſanctus manens in corpore Chriſti, latenter hęc omnia ſacramentorum myſtica ſub tegumento viſibilium pro ſalute operatur fidelium. Magis igitur vis diuina ex hoc mentes credentiũ ad inuiſibilia inſtruit, ac ſi viſibiliter ea monſtraret, quę interiùs pręſtat ad effectũ

2.Cor.5 ſalutis. per fidem enim ambulamus, & nõ per ſpeciem. Sunt autem ſacramenta Chriſti in eccleſia, baptiſmus & chriſma, corpus quoq; domini & ſanguis: quæ ob hoc ſacramenta vocantur, quia ſub eorũ ſpecie viſibili, quę videntur, ſecretiùs virtute diuina caro conſecratur: vt hoc ſint interiùs in veritate, quod exteriùs creduntur virtute fidei. Eſt ſacramẽtum iuris, in quo poſt electionem partium, iurat vnuſquiſq;

p.for. aliax parti quod ſuo partu decreuerit. vndè & ſacramentum dicitur, quòd ſecretiùs fides inuiſibilis per conſecrationem inuocationis Dei vel alicuius ſacri teneatur ex eo, quòd foris viſu vel auditu vox iurantis ſentitur. ſic ergo & Chriſti natiuitas, atq; omnis illa humanitatis diſpenſatio, magnum quoddam

dam ſacramẽtum: quia in homine viſibili diuina maieſtas intus ob conſecrationem noſtram ea quæ fiebãt, ſecretiùs poteſtate ſua inuiſibiliter operabatur. Vndè myſterium vel ſacramentum, q̃ Deus homo factus eſt, iure dicitur. ſed myſteriũ, gręcum eſt, eo q̃ ſecretã & reconditã in ſe habeat diſpoſitionem. Eſt autem & ſacramẽtum in ſcripturis diuinis, vbicunq; ſacer ſpiritus in eiſdẽ interiùs aliquid efficaciter loquendo operatur. *ſed ſacramenta ſcripturarum erudiendo diuinitùs introrſus paſcimur, & paſcendo ad operationem & diſciplinã Chriſti erudimur: *ſacramentã verò natiuitatis & humanitatis eius & nos redimimur ad veniam, & ſcripturæ aperiuntur ad intelligentiam, & via per eũ nobis monſtratur, & poteſtas largitur, vt ad adoptionẽ filiorũ ex ſeruitute trãſeamus. Gal. 4. a Porrò in baptiſmi ſacramẽto, intrandi ad eandem adoptionem oſtium credentibus panditur, vt deinceps in membris Chriſti per eandem renaſcentiam, liberati à malo, vnũ corpus efficiamur. In quo nimirùm baptiſmo & deinceps ſpiritus ſanctus in animam renaſcentis diffunditur, *& vniuerſa

for. *ſed per

for. *Sacramẽtis

for. vt

Christi ecclesia vno spiritu percepto viuificetur, & corpus vnum efficiatur: quia sicut omnia membra corporis nostri, vna viuificãtur & regũtur anima, vt ex cõpage membrorum vnum corpus fiat: ita totius ecclesiæ membra vno sancto reguntur & viuificantur spiritu, vt vnum corpus Chri-
Rom. 8. sti efficiant: quia si quis spiritũ Christi nõ habet, hic non est eius.

¶ Quòd sicut infans animam, adhuc reclusus in vtero, nesciente matre, recipit: ita & panis cõsecratus formam hominis, qui conceptus est de spiritu sancto, & ex Maria virgine natus.

CAP. X.

NEmo igitur dubitet, q vnusquisq; nostrũ vtero matris adhuc clausus,
1. Cor. 15. accipiat, licèt occultè, animã vt sit homo in animam viuentem: ita interdũ, vt mater
2. Ma. 7 d nesciat quando per eam in illũ, priusquã exeat, vita ingrediatur, sic planè nemo dubitare debet, quòd in alueo baptismi, priusquã infans à fonte surgat, spiritussanctus in eum qui nascitur, aduemat, etsi non videatur: quia non minùs est diuina virtus prouida & præstabilis ad regenerationem sacræ

facræ adoptionis, quæ fuit priùs in natiuitate carnis, vt viuificaret fata hominis membra, licèt concepta sint ex delicto. Qua de re fit non dubium nobis argumentum, quòd Deus scrutator omnium & præstabilis, semper proficuam dispéset gratiam, ne quod disposuit, immutetur. Si inter paterna interdum stupra, & materni criminis flagitia, ex libidine fata viuificat hominis membra: quanto magis vbique præsens spiritus sanctus, quia replet orbem terrarum, offert Sap. 1 b
vt omnibus per fidem renascentibus se promptus ingerat, quatenùs per eum membra CHRISTI in vnum sentiant, & ex omnibus vnum fiat corpus? Cæterùm sacramento corporis ac sanguinis, tantundem pascimur in via & potamur, vt ex eo nutriti, vnum efficiamur: quo nimirùm vegetati gustu, ad immortalia & æterna præparemur: quatenùs spiritualiter iam angelica gratia saginati, in eo viuificemur. Operatur nobis in his omnibus sacramentis spiritus diuinus. Siquidem in scripturis sanctis corda nostra illustrat, quia neque qui plantat, neque qui rigat, est aliquid: sed 1. Cor. 3.
qui incrementum dat, Deus. Hinc sanè

Ezech. 1. e Ezechiel ait, quia spiritus vitæ erat in rotis.
apo. 2. & 3. Et Ioannes: Qui habet, inquit, aures audiendi, audiat quid spiritus dicat ecclesijs. Cęterùm in Christo idem cooperatur spiritus, quia cóceptus creditur de ipso & Maria virgine. Simili quoque modo & in baptismo per aquã ex illo oẽs regeneramur. Deindè virtute ipsius, Chri corpore quotidiè pascimur & potamur sanguine. Vndè nec mirum, si spiritus sanctus qui hominem Christũ in vtero virginis sine semine creauit, & iam ipse panis ac vini substãtia carnem Christi & sanguinẽ inuisibili potentia quotidiè per sacramenti sui sanctificationem operatur, quãuis nec visu exteriùs, nec gustu saporis comprehendatur: sed quia spiritualia sunt, fide & intellectu pro certo, sicut veritas prædixit, plenissimè sumuntur.

¶ Vt nemo dubitet, hoc mysterium, veram Christi carnem & sanguinem esse. CAP. XI.

QVòd in veritate corpus & sanguis fiat consecratione mysterij, nemo qui verbis diuinis credit, dubitet. Vndè ve-
Ioan. 6. ritas ait: Caro enim mea verè est cibus, & sanguis

ſanguis meus verè eſt potus. Et vt diſcipu
lis non rectè intelligentibus clareſceret,
de qua dicebat carne, vel de quo ſangui- Ibidem.
ne, manifeſtans inſinuat: Qui manducat
meam carnem, inquit, & bibit meum ſan
guinem: in me manet, & ego in illo. Ergo
ſi verè eſt cibus & vera caro, & ſi verè eſt
potus, vtique & verus ſanguis: alioquin
quomodò verum erit quod dicit, Panis
quē ego dabo, caro mea eſt pro mundi vi-
ta, niſi vera ſit caro? vtiq; & panis qui de cę Ibidem.
lo deſcēdit, verus panis. Sed quia Christū
vorari fas dentibus non eſt, voluit in my-
ſterio hunc panem & vinum verè carnem
ſuam & ſanguinem cōſecratione ſpiritus
ſancti potentialiter creari: creando verò
quotidiè pro mūdi vita myſticè immola-
ri, vt ſicut de virgine per ſpiritum vera ca
ro ſine coitu creatur, ita per eundem ex
ſubſtātia panis ac vini, myſticè idē Chriſti
corpus & ſanguis conſecretur. De qua vi-
delicet carne ac ſanguine, Amen amen, Ioan. 6.
inquit, dico vobis, niſi mādūcaueritis car
nē filij hominis, & biberitis eius ſanguinē,
non habebitis vitam æternam in vobis. vbi
profectò nō aliam, q̄ veram carnem dicit

& verum ſanguinem, licèt myſticè. Vndè
q̃a myſticum eſt ſacramentum, nec figurã
illud negare poſſumus, ſed ſi figura eſt,
quærendum, quomodò veritas eſſe poſſit.
Oĩs ẽm figura, alicuiꝰ rei figura eſt, & ſemp
ad eũ referť, vt ſit res vera cuius figura eſt.
Nã figuras veteris teſtamẽti vmbras fuiſſe,
nemo qui ſacras literas legit, ambigit.

¶ Quòd hoc myſteriũ & veritas & figu-
ra dicatur. CAP. XII.

HOc myſterium aut veritas eſt, aut fi-
gura: ac per hoc vmbra eſt, aut certè
quærendum hoc totum, vtrùm veritas di-
ci queat ſine falſitatis vmbra, q̃uis myſte-
rium huiuſcemodi res appellari debeat.
Sed figura eſſe videtur dum frangitur, dũ
in ſpecie viſibili aliud intelligiť, q̃ quod
viſu carnis & guſtu ſentiť: dumq́; ſanguis
in calice ſimul cum aqua miſcetur. porrò
illud fide ſacramentũ, iure veritas appel-
latur. Veritas ergo, dum corpus Chriſti &
ſanguis, virtute ſpiritus in verbo ipſius ex
panis viniq́, ſubſtãtia efficitur: figura verò
dum ſacerdos quaſi aliud exteriùs gerens,
ob recordationem ſacræ paſſionis, ad arã,
quod ſemel geſtum eſt, quotidiè immolať
agnus.

agnus. Sed si veraciter inspicimus, iure simul veritas & figura dicitur: vt sit figura vel character veritatis, quod exterius sentitur: veritas verò, quicquid de hoc mysterio interius rectè intelligitur aut creditur. Nõ enim omnis figura, vmbra vel falsitas. Vndè Paulus de vnico Dei filio ad Hebræos loquens, ait: Qui cùm sit splendor gloriæ & figura substantiæ eius, portãsq; omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorũ faciẽs. Quibus profectò verbis duas in Christo substantias declarat, & vtrasque veras. Nam cùm dicit, Qui cùm sit splendor gloriæ, diuinitatẽ consubstantialem prędicat: cùm verò figura vel character substantiæ eius, humanitatis designat & diuinitatis: & tamen in vtroque vnus & verus Christus Deus, catholicè cõmendatur. Vndè vnam rem sumit ad demonstrationem duarum substantiarum, quam figuram substantiæ & characterem nominauit: quia sicut per characteres vel figuras literarum, infantia prius pertingit gradatim ad lectionem, deinde ad spirituales scripturarũ sensus & intelligentiã: sic ex humanitate Christi, ad diuinitatẽ patris. peruenitur: & ideo iure

T. 47

Heb. 1. a

figura vel character ſubſtantiæ illius vocatur. Quid enim aliud ſunt figuræ literarum, q̃ characteres earundem, vt per eas ſvis & poteſtates ac ſpiritus prolatiõe oculis demonſtretur? Sic itaq; formatur verbũ caro, vt per carnẽ noſtra infantia ad diuinitatis intelligentiam nutriatur. Veruntamen neq; characteres literarũ falſitas, neq; aliud q̃ literæ: neq; Chriſtus homo falſitas dici poteſt, neq; aliud q̃ Deus, licèt figura vel character ſubſtantiæ diuinitatis iure dicatur: quia noſtram infantiam per ſe ad ſpiritualia interiùs intelligẽda prouehit, & ſenſibus noſtris, vt ea quæ in illo ſunt, capiamus, viſibilem ſe oſtendit. Sed quia illum ſecundum carnem cælos oportuit penetrare, vt per fidem illuc in illo renati confidentiùs appeterent, reliquit nobis hoc ſacramentum viſibilem figurã & characterem carnis & ſanguinis, vt per hæc mens noſtra & caro noſtra ad inuiſibilia & ſpiritualia capeſſenda per fidẽ vberiùs nutriatur. Eſt autem figura vel character, hoc quod exteriùs ſentit: ſed totũ veritas & nulla adũbratio, quod intrinſecùs percipitur: ac per hoc nihil aliud hinc indè, quàm

Sacramẽtũ eucharistiæ cur nobis reliquerit Chriſtus.

quàm veritas & sacramētum ipsius carnis aperitur. Vera vtiq; caro Christi, quę crucifixa est & sepulta, vere illius carnis sacramentum, quod per sacerdotem super altare in verbo Christi per spiritumsanctum diuinitùs cōsecratur. Vndè ipse dominus clamat: Hoc est corp' meum. Et ne mireris ô homo, neque requiras naturę ordinem. si carnem illam verè credis de Maria virgine in vtero sine semine potestate spūssancti creatam, vt verbum caro fieret: verè crede & hoc, quod cōficitur in verbo Christi per spm̄sanctum, corpus ipsi' esse ex virgine. Vbi si rationē q̃ris, qs explicare poterit aut verbis cōpræhendere? Imò scias, q̃so, qa ratio in virtute Chri est, scientia in fide, causa in potestate, effectus verò in volūtate: q̄ potētia diuinitatis, cōtra naturā vltra nr̄æ rationis capacitatē efficaciter operat̄. Idcirco habeat̄ sciētia i doctrina salutis, teneat̄ fides in mysterio veritatis, q̃m in his oīb' p fidē ambulam', & nō p spēm. ¶ Quid significet immolatio agni in lege.

Mat. 26. Mar. 14. Luc. 22. Ioan. 1. 2. Cor. 5.

Cap. 13.

Immolatiōem illam agni, figuram fuisse passionis Christi & nostræ communio-

Exo. 12.

nis, rectè nullus fidelium ignorat. Sed quantum sit inter illud & hoc sacramentum, seu inter cibum qui de cęlo descendit,
Exo.17. necnon & aquam quæ de petra defluxit, atq; inter illud spirituale ac diuinum commercium, quærendum arbitror, præ-
1.Cor.10. sertim cùm beatus Apostolus clamet, quod omnes patres nostri eandem escam spiritualem mãducauerunt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt. Vbi si eandẽ perceperunt escam & eundem potum, quid necesse fuit immutari quod ipsum erat, aut dari quasi aliud, si nihil amplius est? Ex quo
Exo.17. fatẽdum, sic eandẽ fuisse quam nunc percipimus escam, eundemq; potum sicut eandem fuisse petrã, de qua manârunt aquæ,
1.Cor.10. vbi Christus Apostolo teste prædicatur. Eadem quippe fuit esca, quia manna spiritualiter percipientibus typus fuit escæ corporis Christi: & aqua illa quæ de petra fluxerat, potus & figura sanguinis. siquidem in præfiguratione idem, sed nõ idem in adimpletione veritatis: quia quod tunc adumbrabatur in designatione futurorum, imago veritatis & vmbra corporis atq; exẽplaria erant: nunc autem mysterium impletæ ve-

veritatis.& facta est eucharistia ex resurre
ctione caro Christi, quæ priùs per agnum
vel per eandem è cælis escam figurabatur
credentibus adfutura. De hoc verè pane
Dauid cecinerat in parabolis: Panẽ ange- Psal. 77.
lorum mãducauit homo. Alioquin esca il
la, licèt de cælo venerit, & potus quia cor-
poreus erat, angelis non cõgruebat: sed il-
le vtiq; panis & potus, qui per hæc p̄figa-
batur. Christus ergo cibus est angelorum:
& sacramentũ hoc, verè caro ipsius & san-
guis, quam spũaliter mãducat & bibit ho-
mo: ac per hoc, vndè viuũt angeli, viuit &
homo. Pater igitur & agnus ille legalis, &
manna, & oĩa huiuscemodi, q̃ figurã gesse-
rũt carnis ac sanguinis Chr̄i, quod passus for. aqui
semel in pascha, & quotidiè sup altare ma-
ne ac vespere immolat̃, nõ nisi figurã isti-
us habuere mysterij. & si qua in his virt⁹ sa
crãdi latuit, totũ ex ista gr̄a fidei, qua frui-
mur, p̄fulsit: quã p̄fectò illi per hæc quasi
p̄missam suspirãtes, participabãtur tãtun-
dem per fidẽ, & de figuris sacramentũ ve-
ritatis intelligebãt. Nos verò lõgè p̄ribus
hãc gratiã repromissã, iã suscepim⁹, & sus-
ceptam veneramur: venerãtes aũt, ex ipsa
pasci-

pascimur, non figuris quidē legalium ænigmatibus adumbratam: sed his detectis & euacuatis, sola veritate fruimur, & veram carnem Christi & sanguinem in mysterio sumimus. Vndè saluator: Caro, inquit, mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Hanc qui manducat carnem, & hūc qui bibit sanguinē, habet vitam æternam. Cæterùm dominus ad Iudæos: Patres vestri, inquit, manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. Nunquid & nos qui ista comedimus, temporaliter non moriemur sicut & illi? moriemur autem, sed nō sicut illi in anima, quia illi carnalia mādu-cātes, mortui sunt in æternum. Nos autem dum nihil carnale in eo sapim⁹, imò spūales, totum spūaliter intelligentes, in Chr̄o manem⁹. Idcirco de his qui rectè percipiunt, clamat ipse: Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. Non enim à nobis propter hanc vitam, ne moriamur temporaliter, sed propter æternam, caro Christi & sanguis sumitur spūaliter. Ad quā nimirùm vitam nec illi sunt ingressi, qui priùs dignè in figura ista percipiebāt, donec veniret grā nobis & illis pariter repromissa.

Ioan. 6.

Ibid.

Ibid.

Vndè

Vndè patet quia multùm interest, quãuis eadem esca, idem potus ab Apostolo prędicetur: quia idem necdum in re, sed in spe ac figura, vbi promissio veritatis inerat. De qua spũalis intelligentia atque fidei sacramenta illis, licèt futura percipiebãtur, ita vt nec illis deesset in spũ, quid iam spe potarent: nec nobis, quid de ipsis recolendo ad fidei firmitatem & vitam percipiẽdam copiosiùs proficiat. Nos tñ & illos spũalis perceptio viuificat, quia bibebant illi de spũali consequente eos petra, ¶ significans q Christ⁹ post eos vẽturus esset. Bibimus quoq; & nos spũaliter, ac comedimus spiritualem Christi carnem, in qua vita æterna esse creditur: alioquin sapere secũdum carnem, mors est: & tamen veram Christi carnẽ spũaliter percipere, vita æterna est.

1. Cor. 10.

Locus obscurus.

1. Cor. 10.

¶ Qualiter nos in Christo, & Christus in nobis maneat. Cap. 6

HOc sanè Christus exponit: Qui manducat, inquit, meam carnẽ, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Hoc est ergo mãducare illius carnem & sanguinem bibere, si in Christo manet, & Christ⁹ in illo q percipit dignè, manere possit.

Ioan. 6.

possit. Ille igitur in Christo manet, q renatus ex aqua & spû, nullo mortali crimine reus tenetur: & Christus in eo, vtiq; q aperuit illi ianuam fidei in spûsancto. cõsecratus, & mẽbrum est in eius corpore, & templum spûsancti: qa si quis spm̃ Christi nõ habet, hic nõ est eius. Qui aũt eius nõ est, verè nec in illo, nec in corpore ei⁹ esse potest. & qui non manet, neq; vita spûs viuit in corpore, in illo vtiq; nec Christus est, neq; in Christo potest esse: quia oĩno Christus vita est. Hic aũt mortali crimine reus, à vita longè alienat̃. Hinc quoq; est quod ait: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Alioquin nisi prius in me maneat, & ego in illo, carnem meam mãducare non potest, neq; sanguinem bibere. Et quid est quod manducãt homines omnes indifferenter, q̃ sæpè sacramenta altaris percipiunt? Percipiũt planè, sed alius carnẽ Christi spûaliter mãducat & sanguinem bibit, alius verò non, q̃uis bucellam de manu sacerdotis videatur percipere. Et quid accipit, cùm vna sit cõsecratio, si corpus & sanguinem Christi non accipit verè? quia re-

Rom. 8.

Ioan. 6.

Non accipio ... quia ...

ua

maccipit indignè, & ficut apoſtolus Paulus ait, iudiciũ ſibi manducat & bibit, non probans ſe priùs, nec dijudicãs corpus domini. Eccè quid manducat peccator, & q̃d bibit. Non vtiq; ſibi carnem vtiliter & ſanguinem, ſed iudicium, licèt videatur cum cæteris ſacramentum altaris percipere. Et quare? Quia non ſe probat, nec dijudicat corpus. Cogitat em̃ infidelis, digna & ſancta q̃ indign⁹ poſſit accipere, nõ aliud q̃dem attendens niſi quod videt, neq; intelligens niſi quod odore ſentitur. Nequaq̃ igitur credit aut intelligit, quale vel quantum iudicium ſumit. Nempe quia ſimul omnes ex vno edere viſibiliter cernit, nec ſi aliqua ſit vltrà virtus in eo, ſatis ex fide ſapit: propter quod illi virtus ſacramenti ſubtrahitur, & in eodem ob præſumptionem iudiciũ reatus duplicatur. Vndè apoſtolus: Probet ſe homo priùs, & ſic de panesllo edat, vel de calice bibat. Quibus duobus ſeruatis, videat vtrùm dignè accipere poſſit, videlicet vt dijudicet corpus dñi, quid eſt, q̃tũmve ſacramentũ, qualisq; virtus ſacramenti, q̃a diuinũ ac ſp̃uale eſt. deinde ſemetipſum ꝓbet, vtrũ in corpore Chri-

1. Cor. 11.

1. Cor. 11.

Christi, vel si Christus in eo, maneat. Alioqn nisi & illud spūaliter iudicet, & semetipsum ad percipiẽdum idoneum probet: iudicium sibi manducat, quia bono malè vtitur. Vndè non illud ad vitam, sed in eo iudicium ad pœnam sumit.

¶ Quòd tribus modis corpus Christi appelletur. Cap ~~15.~~ 7.

TRibus sanè modis in scripturis sacris corpus Christi appellatur, profectò quia generalis Christi ecclesia, corp⁹ eius est, vbi Christus caput, & oẽs electi membra dicuntur, ex quibus vnum colligitur quotidiè corpus in virum perfectũ & mensuram plenitudinis Christi. Corpus autem Christi, sponsa videlicet dei, ecclesia iure dicitur, iuxta illud quod Apostolus ait: Et
Ephe. 5. erunt duo in carne vna. Hoc, inquit, sacramẽtum magnum est in Christo & in ecclesia. Quòd si Christus & ecclesia in carne vna sunt vtiq; vnum corpus, vbi spõsus caput, singuli aũt electi alter alterius mẽbra. Ex qbus videlicet qſquis tollit membrum Christi, & facit membrum meretricis, aut certè per quodlibet graue delictum membrum diaboli: hic profectò iam non est in

cor-

corpore Christi, qa factos est alterius mẽbrũ, idcirco ei iure non licet edere de hoc mystico corpore Christi, quod sanè corp⁹ vt vera caro Chr̃i sit, pro mũdi vita quotidiè per sp̃m sanctũ cõsecratur: ex qua non habent potestatẽ edere, q ex aduerso sunt. vescunt aũt eo dignè, q sunt in corpore illi⁹: vt solũ corp⁹ Chr̃i, dũ est in via, ips⁹ carne reficiat, & discat nihil aliud esurire q̃ Chr̃m, nihil sitire nisi Chr̃m, nihil aliud sapere q̃ Chr̃m aliundè viuere, nõ aliud esse q̃ corpus Chr̃i. Cæterũ illud corpus, quod natum est de Maria virgine, in quod illud transferẽ quod pependit in cruce, sepultũ est in sepulchro, resurrexit à mortuis, penetrauit cælos, & nunc põtifex factus in æternũ, quotidiè interpellat ꝓ nobis. Ad quẽ, Heb.4.6.7. Rom.8.
sincerè coĩcamus, mentẽ dirigim⁹, vt & ex ipso & ab ipso nos corpus eius, carnẽ ipsius, illo manẽte integro, sumamus. Quæ nimirùm caro ipsa, est & fructus ipsius carnis, vt idem semper maneat, & vniuersos qui sunt in corpore, pascat.

¶ Quòd hydria farinæ & lecythus olei, hoc sacramentum significauerint. Cap. 26.

3.Reg.17. Siem hydria farinæ, vel lecythus olei, seu panes secundò crescunt, & non minuuntur dum satiant: quid, putas, caro
Gene.2. Christi? Arbor quidem ligni vitæ Christus, nūc in ecclesia est: cuius imago in paradiso arbor illa fuit. Idcirco scire conuenit, q veritas hinc cōpletur, quod priùs figura præmisit. Nam si homini ex illa semper, Dei seruatis mandatis, edere licuisset, nunq̄ mori potuisset. Sic itaque ex hoc ligno corporis q̄cunq; spūaliter comedūt, si mādata obseruauerint, nunq̄ in spū mortales essent. Alioquin præcidendi sunt, vt meliùs reinserantur. Vnde & lignum vitæ iure dicitur: quia sicut illud immortalitatem corporis sumptū pstitisset, ita istud; imò solidiùs, vitam præstat cum obseruatione mandatorum Dei æternam. De quo
Pro 3. in laude sapiētiæ: Lignum vitæ est his qui apprehenderint eā. Et in Apocalypsi Ioan
Apo.2. nes. Qui vicerit, dabo ei edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei. Quia, pfectò non alijs largitur etiam in mysterio, q̄ vincentibus. Sed qm̄ de tribus vocabulis corporis Christi diximus, restat etiam intelligere scripturas sanctas, doctrināq;
Chri-

Christi quàm sæpè typicè corpus Christi interpretari debere, vt vnum corpus ex omnibus perficiatur: quia hæc sunt doralia, hæc mystica, vt Chrs & ecclesia vnum corpus solidius cófirmetur. Alioqn quomodò auderet Apostolus asserere, Christi ecclesiam de carne & de ossibus eius constare? vtique hoc sacramentum, velint nolint inimici, magnum in Christo & in ecclesia, q erunt duo in carne vna. Et si vna caro Christus & ecclesia, iam vnitas naturæ amborum pleniùs commédatur. Quapropter illo integro, agni carnes, nostra vt tollat peccata, mundi accipiamus: quatenùs per hoc Christus in nobis maneat, & nos in ipso renati, vnum efficiamur. Ephes. 5.

¶Quòd stultus dicit, quomodò tam subitò in cælum offertur caro Christi in eo loco, vbi sacerdos dicit in canone, Iube hæc perferri per manus sancti angeli tui in sublime altare tuum in conspectu diuinæ maiestatis tuæ, & ab ipso Christo porrigitur. Cap. 17.

Nihil in præsenciarum periculosius, quàm lætaliter peccare, & à Christi corpore coram interni iudicis oculis decidere. Deinde nihil damnabilius, antequàm corrigatur propter perfidiam humanam, cum Iudâ mysterio sanctæ cõmunionis pedem nõ retrahere. Vnde à primordio huius celebratatis iudiciũ malè percipientibus minatur, dum cõtinuò post bucellam de manu domini perceptã, Iudam diabolus persuasit. (Ioan. 13.) Vbi mox ostenditur futurum in ecclesia iudicium, quia sancta sanctorũ sunt; si quis elapsus de corpore Christi, factus membrum meretricis vel diaboli, præsumpserit. Nec dubium ∗ qui nobis iudicium excipiat, & cum Iudâ culpæ societur obnoxius, tam quia corruit, quàm quia in conscientia damnatus, ausus est sine pœnitẽtia & correctionis venia sancta mysteria temerare: nec præsentiã igitur diuinæ maiestatis veritas, dum cogitat nihil amplius quàm quæ videntur: nec intelligit miser, quòd nunquàm caro Christi, nisi de manu eius & sublimi ara, vbi Christus pontifex futurorũ bonorum pro omnibus adsistit, iure accipitur. Vndè sacerdos, cùm hæc incipit immolari, inter

(for. ∗ quin & nos iudicium)

cæ-

tera: Iube, inquit, hæc perferri per manus angeli tui in sublime altare tuum in conspectu diuinæ maiestatis tuæ. Et cogitas ô homo illud aliunde accipere, quàm de altari, vbi sublimius transpositum consecratur? Sed fortassis ad hæc cæca cogitatio dicit, & quomodò in cælum ante conspectum diuinæ maiestatis tā subitò offertur, cùm hic aut penitus aut cerò licèt dicatur, in manu sacerdotis visibiliter semper teneatur? Hoc quippe fallax est homo, quod sacramentum vel mysteriū vocatur. Si enim totum visibile fieret, nullum mysteriū vel secretum esset, nulla fides, nulla vis spūalis, nulla alia res, quàm quæ oculis & gustui subiacet. Nunc autem longè aliter virtus diuina interiùs operatur, * qui per fidem ambulamus, & non per speciem. Habet enim fides præmium meritorum, vt quicquid per fidem tibi sapuerit, hoc interiùs totum præbeat. Vndè scriptum legimus: Dedisti eis domine panem de cælo, habentem omne delectamētum & omnem saporem. Alioquin nisi per fidem & intelligētiam, quid præter panem & vinum in eis gustantibus sapit? & ideo populus ille carnalis manna

for. * in nobis, qui 2. Cor. 5.

Sap. 16.

Nume. 21

fastidiuit,qa inibi nisi carnalia quæ sunt. Ceterùm quibus omnem saporē & omne delectamentum præbuit,eandem de cælo escam quam nūc percipimus spiritualem, &typica illa perceptio in ore sapuit.Hinc
1.Cor.10. Apostolus patres nostros eandem comedisse escam spiritualem testatur, sed non in plurib⁹ eorum beneplacitū fuisse Deo: profectò,quia fastidientes spiritualia carnaliter sapiebant.Non quidem patres nostri spiritualia prægustantes, sed infideles planè patres pharisæorum,de quibus do-
Ioan.6. minus dicebat,quòd mortui sint in deserto.Illi vtiq; mortui sunt, in quibus beneplacitum non fuit Deo:isti verò mori non potuerunt spiritualiter comedentes, quis cis esca illa cælestis saporē & delectamentum immortalitatis prębuit.Simili itaque modo nunc in ecclesia cibus iste quibusdam verè pœna & supplicium peccati. Porrò illis vita est,quibus Christus est vita.Illis verò mors,qui per carnem & ignorantiam membra sunt. Vndè homo disce aliud gustare,quàm quod ore carnis sentitur.Aliud videre, quàm quod oculis istis carnis monstratur.Disce,quia Deus spiritus,

tus, inlocaliter vbiq; est, intelligere: quia spiritualia hæc sicut nec localiter, • sicuti for. • sic
que nec carnaliter ante conspectum diui- nec
næ maiestatis in sublime feruntur. Cogita igitur, si quippiam corporeum potest esse sublimius, cùm substantia panis & vini in Christi carnem & sanguinem efficaciter interiùs commutatur, ita vt deinceps post consecrationem iam vera Christi caro & sanguis veraciter credatur, & non aliud, quàm Christus panis de cælo, à credentibus æstimetur. Putáne aliud esse altare, vbi
Christus pontifex adsistit, quàm corpus suum, per quod & in quo Deo patri vota fidelium, & fides credentium offertur? Quòd si veraciter corpus Christi altare illud cæleste creditur, iam non aliundè carnem & sanguinem?

¶Qui sint, qui hoc mysterium possident, corpus Christi.

Cap. 18.

CAEterùm de angelorũ præsentia dubitare omnino nõ debas, qa ad hoc, secundum Paulum, administratorij spiri- Heb 1.

 tus

tus positi sunt, in ministratorio pro his q hæreditatem accipiunt salutis. Idcirco inter angelorũ frequentiã q̃ terribile sit indignè ad cõmunionẽ accedere, debet quisq; cogitare: imò q̃ terribile sit ipsum corporis ac sanguinis sacramẽtũ, vbi plenissimè virtus Christi accipitur, & neque ab alio, q̃ ab ipso Christo pontifice: licèt visibilis sacerdos assistere, & singulis tribuere videatur: quia quod iste pro ignorantia alijs indifferenter tribuit, Christus virtute maiestatis suæ meritis, cui ad remediũ, cuiq; ad iudicium tribuatur, dimotus decernit. Quis enim carnẽ ipsius & sanguinem, nisi ab ipso, iure pcipit, cuius est caro? Et ideo alius accipit mysterium ad iudicium dãnationis, alius verò virtutẽ mysterij ad salutem. Nam is qui cum Iuda, vtique condemnatur: & qui cum Petro ac cum cæteris Apostolis, in corpore consecratur.

¶ Quòd bis reus habetur, qui indignè audet communicare corpus Christi.

Cap. 19.

for. ecnatale

HOc ergo iudiciũ in natale calicis mox excipit, vt doceat, qd cõtẽptoribꝰ immineat, si dãnati cõsciũ, pedorum

de

de mensa domini non retraxerint. Vndè dominus in Leuitico ad Mosen: Loquere ad Aaron & ad filios eius, vt caueant ab his quę consecrata sunt filiorum Israel, & non contaminent nomē sanctificatorum. Ego dominus. Dic ad eos, inquit, & ad posteros eorum: Omnis homo qui accesserit de stirpe vestra ad ea quæ cōsecrata sunt, quę obtulerunt filij Israel domino in quo est immunditia, peribit coram domino. Ego sum, inquit, dominus, vbi non solùm sacerdotes tāgit & ministros altaris, verùm & omnem de stirpe veræ fidei, licèt vltimus in ecclesia habeatur, vt hāc legis sanctionem in cōmunem custodiant. Alius quippe, Israel carnalis nomine tenus appellatur: alius verò, verè videns Deum, de cuius nimirū stirpe, nemo immūdus debet accedere ad ea quæ consecrata sunt filiorum Israel, quia nemo nisi mundus à lætali crimine, dignè potest ea sumere. Si quis autem indignè, id est, in cuius anima est immunditia peccati, peribit corā domino. Hunc igitur, vt septuaginta interpretes ediderunt, Deus auersatur, & ab omni repellit cōmunione spiritus. Vndè postea si domini resuscita- Leu. 22.

te misericordia, in Christi corpore talis quilibet fortè reinsertus fuerit, & per pœnitentiam viuificatus, debet non minùs de contemptu, q̃ de prioris culpę reatu, quia salutaria vitæ mysteria sumpsit ad iudicium, medullitùs corde ingemiscere, & ad vberiorem amoris gratiam, eo q̄ euaserit, inardescere. Hæc igit̃ quę consecrata sunt Domino, non aliorum est cibus, nisi qui sunt in Domino: ig hi soli visun sunt dñm: vndè illorum iure consecrata, id est, consecrata filiorum Israel, dicuntur. Nec putes legislatorem Deum de his tantùm quę in lege sacrabãtur, ista sanxisse, p̃sertim cùm illa nihil aliud fuere, quàm vmbra futurorum. vndè terribilius est ad ea immundum accedere, vbi sacerdos est ille qui po-
Matth. 10. testatem habet corpus & animam perdere in gehennam. Ex quo in fine concluditur:
Leu. 22. Ego Dñs. Ac si patẽter dicat: Ego sum scru-
Psal. 7. tans corda & renes. Ego sum sanctificans
Hier. 17. dignè accipientes. Ego, qui solus potestatem habeo animam perdere malè accipientium. Et quisquis accedis, hunc attende & timeas pontificem, non eum quem fallere te putas, sed illum cui cuncta patent: & ti-

& timeas percipere non virtutem spiritus sancti, sed iudicium sacramenti.

¶Quòd non omnes sunt sancti, qui vocantur sancti: sed quia ibi incipit ira vindictæ Dei.

CAP. XX.

IVdicium autem sacramenti est, vt habeat reus prioris culpæ delictum, deindè contemptus sui peccatum superbiæ vel sacrilegij contra Deum: quia ausus est sancta contingere, quod non licet nisi mundis. Hinc igitur patet, quod grauius est, talis quilibet quod excipit facinoris, quàm quod priùs amiserat. Nam Iudas donec buccellã acciperet, q̃uis mente saucius, interdum tamen ad domini bonitatẽ leniter crebroq;, nũc cũ alijs, nũc solus monetur: sed postq̃ indignus mystica præsumpsit, inuasit diabolus: & q priùs nutabat, vt accepit, continuò foris exiuit. Hinc quoq; in libro Samuelis, cùm de peccato sacrificij filios suos Eli moneret, dictum legimus: Non est enim bona fama, filij, quam

Ioan. 13.

1. Reg. 2.

quam audio de vobis. Si peccauerit vir in virum, placari ei potest Deus? Si autē peccauerit in Deū, quis orabit pro eo? id est, quem apud Deum pro se interuenientem inueniet, qui Deum totius creaturæ contemnens, in eius iniuriam ad sanctificata, imò nunc ad corpus & sanguinem ipsius, indignus accedit? Talis profectò nec Dei veretur præsentiam, nec frequentiam formidat angelorum: sed sic se ingerat, quasi nullus sit qui eius conscientiā videat. Pro-
Eze.9. pter quod Dominus cùm peccata Hierusalem & abominationes quę fiebāt in templo, per visionem ostenderet, inter cætera dicuntur sex viri de via portæ superioris aduenisse: & ecce vnusquisq; eorum in manu sua ferebat vas interfectionis. vbi septuaginta securim attulisse dixere. De qua
Matth.3. Dominus: Ecce securis ad radices arborū,
Luc.3. videlicet ad cogitationes singulorum, po-
Eze.9. sita est. In quorum medio vir vnus vestitus lineis, & atramentarium habebat scriptoris ad renes suos. Qui profectò ingressi, steterunt iuxta altare ęneū, quod erat in atrio templi, per quod animirùm præsens altare, quo cibum vitæ & stipēdium militiæ nostræ

stræ sumimus, manifestissimè designatur: quia illud aliud interius, infra sancta sanctorum, aureū fuisse legimus. Ex quo illud intelligibile demonstratur altare, vbi orationes omnium & vota offeruntur singulorum à summo pontifice Christo domino. Et ideo ad illud mundo corde pertingere, ad istud verò mente simul & corpore absq; vlla immunditia debemus: qa sacramentorum vota in illo pro nobis offerunt altari, quo nimirùm Christus concordiam videt omnium, fidem conuenire singulorum, illudq; Deo patri per manus angeli gloriosius deferri, & ex illo coram nobis in isto visibili (necdum ad illum corporeo ingressu possumus introire) verissima caro Christi & sanguis quotidiè ministratur. Idcircò signáter iuxta illud æneum, quod erat in atrio, stetisse dicuntur: quia ad illud interius qui semel intrauerint, nunq̃ mortem patientur: ad istud verò quod in atrio est, id est, in præsenti seculo, si qs indignè accesserit, iudicium damnationis excipit. Ad hoc ergo vnusquisq; illorum in manu sua vas interfectionis tulisse scribitur. Vndè & Domini gloria, quæ assumpta fuerat de-

a. Para. 4.

Exe. 9.

de Cherub, ſtetit ad limen domus, vt ingredientes plenius dinoſceret. Et clamauit ad virũ qui indutus erat lineis, & atramentarium ſcriptoris habebat in lumbis ſuis. Quem profectò virum, Chriſtum intelligimus, veſtitum in habitu pontificis,
Pſal. 109. de quo ſcriptũ eſt: Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. & habet atramentarium ſcriptoris ad renes ſuos, vt omnium peccata deſcribat, & ſanctorum à peccatoribus numerũ ſegreget, maximè dũ ad altare veniunt. Et ideo benè iuxta illud ſtare perhibetur, vt militis ad ſtipendia vitæ percipienda accedẽtes, diuinitùs diſcernat: cui, cùm in medio candelabrorum aureorum aſſiſteret, dictũ eſt: Tranſi per mediam Hieruſalem, & ſigna TAV ſuper frontem gementiũ & dolentium ſuper abominationes quæ fiunt in medio eius. Hinc quoq; alibì de ipſo: &
Leu. 26. ambulabo, inquit, inter eos, & ero illorum
2. Cor. 6. dominus. Quorum, niſi illorum vtiq; ſuper quos ſignatum eſt ſignum crucis, mortifi-
2. Cor. 5. cationem ſcilicet Ieſu in corpore ſuo circũferentes, qui non ſolùm ſua, ſed aliorũ quotidiè delicta lugent, & poſſunt dicere cum

cum Propheta: Signatum est super nos lumen vultus tui domine? Cæterùm ad eos in quorum manibus vase interfectionis erat, fit ilicò vox, prophete audiẽte: Trãsite post eũ per ciuitatem, & percutite. Non parcat oculus vester, neq; misereamini: senem, adolescentulũ, & virginem, paruulũ & mulieres interficite vsq; ad internecionem. Omnem, inquit, super quem videritis TAV, ne occidatis. & à sanctuario meo incipite, siue vt Septuagintà, A sanctis meis, id est, à sacerdotibus & ministris altaris. Non quòd sancti sint, sed quòd pro ministerio sancti vocentur in populo. Vt qui sunt causa peccati in plebe, primi excipiant supplicium: quia tempus est vt iudicium à domo domini incipiat. Sed ne putares sine causa iuxta altare stetisse, fit ad eos vox diuina, quæ vtinam in nobis ne compleatur: Contaminate domum, & implete atria interfectis: quia nulla est religio, vbi offensio peccati offerentes contaminat. Et ideo iure, vndè peccatum, indè iudicium incipit: quia peccato mortuus, contaminet priùs atria templi, & prophanat sancta, dum immundus con-

Psal. 4. Exech. 9. 1. Pet. 4. Eze. 9.

contingat. Neq; error iudicij, vbi iudex est & descriptor sanctorum militum, verbum Dei patris Christus, penetrabilior omni
Heb. 9. gladio ancipiti, discretor quoq; cogitationum & medullarum, pertingens vsq; ad diuisionem animæ & spiritus. Vndè Apostolus de his qui indignè sumunt, nō diju-
1. Cor. 11. dicātes corpus nomini: Propter quod imbecilles *fiunt, & dormiūt multi. Dormiūt
*sunt ergo indè multi non somno pacis, sed somno mortis: quia ministerio eorū qui ad hoc positi sunt, perimuntur. Imbecilles verò fiebant, qui varijs languoribus ideo cruciabantur, quidam, vt corrigerentur: quidam verò, vt iam inciperent torqueri, & metu eorum cæteri sanarētur. Alioquin plagę & infirmitates nunquam in populo Christi tantùm crebrescerēt, præsertim cū in his qui ex Aegypto in figura sanctę Dei
Psal. 104. ecclesiæ egrediebātur, lectum sit, nullum fuisse infirmum.

¶Quid sit lignum vitæ, aut quid fructus illius significet.

CAP. XXI.

NAm & ideo lignū vitę dicitur, quòd hanc virtutem diuinitùs acceperit, si quis

*si quis ex eo manducaret, sanitate corporis ad immortalitatem firmaretur: quanto magis ex hoc prestatur, ne nō moriatur in carne, sed ne lędatur quisq; à diabolo, dū eū virtus sanguinis defenderit?*Si fortè ad hoc: Si propterea, inquis, infirmantur & dormiūt multi, cur non apertè, præsertim cùm magis illic puniantur, qui Dei correptione indigni iudicantur? nimirùm quia fides renatorum exercenda erat & probāda, necnon & doctrina præceptorum homo erudiendus. Tamen nec dubium quin fidelis vitam, contemptor verò mortem accipiat. Aliàs si semper in peccantibus aperta vltio fieret, terror homines compesceret, non fides vel religio ad probitatem morum imbueret. Vndè secundum Apostolum, cùm aliquis infirmetur, prius adhibenda est confessio peccati, deindè oratio plurimorum, pòst sanctificatio vnctionis: quia impossibile est per medicinam sanari vllius artis, quem diuina vltio premit. Et medicina est sectanda, tamen hoc prius agendum Christiano: quoniam si in angelis prauitas est inuenta, & astra non sunt munda coram eo: quanto magis

for. *v. | for. *Sed | 1.Cor. 11. | Iac. 5. | Iob 15.

homo immundus probatur, nisi confessione & bonis operib' quotidiè purgetur? Veruntamen cùm sæpè peccantibus grauius, diurna patientia, licet præsumant indignè, parcit ad tempus, & expectat ad pœ-
Rom. 2. nitentiam non ideo securitas surripiat, qui thesaurizat, contemnendo iram in die iræ, & peccata in Deum magis accumulat. certus sit enim, quia vltores angeli nec semel indignè cōmunicanti parcerent, nisi bonitas Christi in cuius iudicio pendent omnia, & cui cōmissum est vt signū ponat suorum in frontibus, gladium suspēderet, & remoueret interdum momentaneā mortem. Vndè postea resipiscētibus duplex in pœnitētia debet esse luctus, vel quia malè gessit, vel quia demum ad iudicium malè præsumpsit. Quod sanè delictū nullo alio, nisi Christo interueniēte, donabitur. vndè in lege ob hoc, quia in sanctificatis deliquit,
Leu. 9. 16. aries, per quē intelligitur Christus, offerri iubetur, vt apud Deum patrem Deus homo pontifex in æternum interpellare per fidem credatur, atq; ipsum pro se moribus & vita quotidiè reiundatum per fidem offerat. Alioquin qui in Deum peccauit, quis ora-

orabit pro eo, nisi Deus? quia ideo nostras infirmitates adsumpsit, vt compatiatur nobis, & per eum donet veniam ex delictis etiam in Deum admissis. Veruntamē non hoc dicimus, vt idoneus aliquis pro nobis in istis nō debeat interuenire: sed Christo totū debemus ascribere, qui suas etiā iniurias libenter remisit, & quod pro delinquentibus in se prius in cruce fecerat, etiam se patri offerēdo, idoneus exorator interuenit. Luc. 23.

¶ Cur Christus qui semel passus est in cruce, adhuc quotidiè immolatur. CAP. XXII.

Iteratur autē quotidiè hæc oblatio, licèt Christus semel passus in carne, per vnam eandemq; mortis passionē semel saluauerit mundum: ex qua morte idē resurgens ad vitā, mors vltrà ei nō dominabitur: quia profectò sapientia Dei patris necessariū ꝓ multis causis hoc ꝓuidit. Primò siquidē, quia quotidiè peccamus, saltē ꝑ peccatis, sine quibus mortalis infirmitas viuere nō potest, qa licèt oīa peccata donata sint i baptismo, infirmitas tñ peccati adhuc in carne manet. Vndè Psalmista: Heb. 9. Rom. 6.

E 2 Bene-

Psal. 102. Benedic anima mea domino, qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Et ideo, quia quotidiè labimur, quotidiè pro nobis Christus mysticè immolatur, & passio Christi in ministerio traditur, vt qui semel moriendo mortem vicerat, quotidiè recidiua delictorum per hæc sacramenta corporis & sanguinis peccata relaxet. Vndè oramus:
Matth. 6. Dimitte nobis debita nostra. quia si dixe-
1. Ioan. 1. rimus quòd peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas non est in nobis. Secundò igitur, vt sicut fuit arbor vitæ in paradiso, ita sancta Dei ecclesia, quę pa-
Cant. 4. radisus deliciarum in Canticis appellatur, habet in se mysterium vitæ, quod in eodem ligno figurabatur, ex quo qui edunt seruantes mandata vitę, nequaquam possunt mori in æternum. Quòd si veluti Adam inobedientes, à diabolo rursus peccato mortis percepti fuerint, sicut ille de paradiso, remouentur à sanctis altaribus, & à ligno vitę, scilicet à corpore & à sanguine Christi, qui est verum paradisi lignum, cuius foliū
Psal. 1. non defluet, & omnia quæcunque faciet, prosperabuntur. Remouentur autem, ne

sumant

sumant de ligno vitæ, & malè viuant, vt moriantur. Imò vt resipiscant à malis suis, & per pœnitētiam recōciliati, Christi per hunc cibum rursus reinserantur visceribus, & feliciter deinceps viuant in æternū. Hoc quippe agunt sacerdotes Christi in ecclesia, & monstrant quod futurum est in illo vltimo examine quando separabuntur. Sed hîc, sicut Adā expulso, spes mansit redeūdi ad vitam per pœnitentiam: ita præcisis à ligno vitæ, patet facultas, si velint redire ad veniam. Vbi cùm pœnitētia iure cesserit, certa spes percipitur: quia iam vitæ admixtus, mori non poterit, si reconciliatus maneat in Christo. Tertiò, vt quicūq; dignè hanc vitam sumāt renati, vnum efficiant, vt sicut iam baptismum in Chro, & Christus in eis maneat, quatenus illud cōpleatur, quod ipse ad patrem orat: Non pro his autem rogo, inquit, tantùm, sed & pro his qui credituri sunt per verbum eorum in me: vt omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi sint in nobis. Hæc itaque vnitas non, sicut heretici volunt, sola voluntate inter patrem & filium prędicatur, & sic laborāt ex eo quod ait: Ego

Matth. 25.

Ioan. 17.

Ioan. 10.

 & pa-

& pater vnum sumus. Tentant igitur ad vnanimitatis illud conferre consensum, vt vnitas voluntatis in his sit, non naturæ:
Act. 4. sicut multitudinis credentium in Hierusalem, dicitur cor vnum & anima vna fuisse. Sed nos patrú vestigia sequentes, credere oportet, quòd Deus ex Deo substantialiter genitus, naturaliter hoc est quod pater: ac per hoc, vnitate naturæ pater & filius vnum esse probantur.

¶Quòd Christus non solùm spiritualiter, sed & carnaliter manet in nobis, & nos in ipso.

CAP. XXIII.

Necnon & Christus hodiè in nobis non solùm per concordiam voluntatis, sed etiam per naturam in nobis, sicut & nos in illo, rectè manere dicitur. Nam si
Ioan. 1. verbum caro factum est, & nos verè verbū carnem in cibo dominico sumimus: quomodò Christus in nobis manere naturaliter iure non æstimetur, qui & naturam carnis nostræ inseparabilem sibi homo natus Deus assumpsit, & naturam carnis suæ ad natu-

naturam æternitatis sub sacramento hoc nobis cõmunicandæ carnis admiscuit? & ideo per hoc omnes in Deo patre & filio ac spiritusancto vnum sumus, quia pater in Christo, & Christus in nobis esse probatur. Hinc igitur est, quòd & nos in Christo naturaliter vnũ corpus efficimur: & si quis patrē in Christo naturaliter cõfitentur se naturaliter, quia verbum caro factũ est, vnũ esse in illo, vt naturalis vnitas, per sacramentum appareat veritatis. Hinc ergo dicit: Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinē meũ, in me manet, & ego in eo. Verè igitur sicut per naturam deitatis, Deus pater in filio est, ita filius Deus homo per humanitatem carnis in nobis esse iure dicitur, ac per hoc mediator Dei & hominum prędicatur: quia per eum, communionem vnitatis habemus ad Deum, dũ ipse in patre manens, & in nobis quoque manere dicitur. Qua de causa vnũ esse in ipsis superioribus pater à filio secundum humanitatem exoratur. Eccè duo ista sacramenta quid efficiunt. Per baptismum ergo renascimur in Chr̃o, & per sacramẽtum corporis & sanguinis, Chr̃s in nobis, Ioan. 6.

non solùm fide, sed etiam vnitate carnis & sanguinis manere probatur. Et ideo ẜ mẽbra Christi, eius carne vescimur, vt nihil aliud q̃ corpus eius, vndè viuimus, & sanguis inueniamur.

Ioan. 3. ¶ Qualis sit sensus eius quod dicitur, Nemo ascendit in cælum nisi qui de cælo descendit. hoc sunt om̃es electi qui sunt eius membra, ipsi ascendunt in illo quia Christus & nos vnum sumus corpus, ille caput, & nos mẽbra. CAP. 24.

Hinc igitur est, quòd nemo ascendit in cælum, nisi qui de cęlo descendit filius hominis, quia cum illo per hæc mysteria vnum sumus. Iteratur autẽ hoc mysterium & ob cõmemorationem passionis

Lucę 22. Christi, sicut ipse: Hęc quotiescũq; agitis, in meam cõmemorationem facite. Quotiescunq; ergo hunc panem sumitis, & bi-

1. Cor. 11. bitis hunc calicem, mortem domini annunciabitis, donec veniat. Non itaque sic accipiendum, donec mors Christi veniat, quia iam vltrà non moritur, sed donec ipse dominus ad iudicium veniat. Interim autem semper mors est Christi pro seculi

vita

vita posteris nunciāda, vt discant qoa charitate suos dilexit, qui pro eis mori dignatus est. Cui omnes vicem debemus rependere charitatis: quia ad hoc nos prior dilexit, cùm essemus gehēnæ filij, vt diligeremus eum, à morte iam liberati. Dicuot etenim quidam, quòd & ideo qootidiè celebratur, vt qui de Iudæis credidissent, haberent, per haoc gratiam assueti, diebus singulis dño hostias immolare, quo possent suæ religionis celebriter vota offerre, & omnium vetetum sacrificiorum atque holocaustomatū huius mysterij præferre veritatem. Sed licèt ita videatur, tamē pleoior & perfectior senteotia est, quā præmisimus, quia non minùs pro nobis, quàm pro il lis, in ecclesia hoc mysterium celebratur. Hæc quippe figura præcessit in Melchisedech, sicut fides io Abraham. sed quia lex quasi medius « parti esse intecit, potius in ribus legum sacrificijs veritas huius mysterij adumbrabatur. Quib⁹ profectò remotis, quod prędictum erat, secundum ordinem Melchisedech Christus verus pontifex successit, sacerdotium habens in æternum. Hoc itaq; Abrahā in Melchisedech

Ioan. 13.

Gene. 14.
Gen. 15.
for. «paries intercessit, potius

fide conspexerat, & ideo decimas ei obtu lisse legitur, atq; bnndictionem ab ipso pcepisse. vnde rex ille Melchisedech, rex iustitiæ vel Salem, & sacerdos dicitur, vt p eum Christus, cuius typum ille gessit, euidenter rex & sacerdos monstretur. alioquin mortalium quis rex iustitiæ iure queat vocari, cum nullus
Ier. 5. nisi iustitia fide saltem iustus inuenitur? Idcirco teneamur nos ad istum pontificem & sacerdotem Christum, & in illo maneamus, qa per hoc q ille in nobis est, & nos in illo, etiam & ipsi omnes, sacerdotes dicimur & sumus. Fecit enim regnum nostrum sacerdotes Deo: & ideo gens sancta, sacerdotium regale, populus acquisitionis, ab
1. Pet. 2. Apostolo prædicamur. Hoc igitur notum, qa nos in ipso, & ille in nobis per hanc gratiam concorporatur, transfigurans nos in corpore claritatis suæ; vt cum ipso & in ipso
Heb. 7. sit nobis regnum pacis (hoc qppe Salem interpretatur) & sacerdotium æternum. Hinc
Psal. 14. quoq; propheta canit: Lauda Hierusalem dnm, lauda Deum tuum Sion: Qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiat te. De quo nimirum frumento cælestis illa Hierusalem saginatur. Et notandum q hoc frumen-

mentum, corpus videlicet Christi, adipem habeat: & nó solùm adipem, sed & oés delicias, ita & potus sanguinis. Vndè q̄ petra typicè manauit, nec mel, nec oleum, nec equa, nec quoq; potus dicitur: quia quicq̄d prægustare spiritualiter potuaris, hoc totum ibidem inuenies.

¶Quòd nos non sicut Iudæi carnaliter, sed spiritualiter hoc mysterium capere debemus.

Cap. 25.

ET hinc est quod tradunt Iudæi, quòd manna quando comedebant carnaliter, secundum voluntatem vniuscuiusque sic sapiebat vnicuiq; in ore, verbi causa, si pirú, si mala, si vuam, si carnes desiderasset seu alia quæcunque, omnia manna præstabat in ore desiderantis. Hæc illi, carnalia semper quærentes, nos verò fatemur fide, quòd spiritualia & æterna potiùs, nó solùm ista, sed & illa, in cordibus fidelium pstabant. vndè per hæc confidenter oportet credere, si quis dignè perceperit, quòd vitam percipiat immortalitatis, & delicijs fruitur cum omni delectamento in spe positus æternorum. Sap. 16.

¶Quòd

¶Quòd hoc mysterium vtrunq;, & caro & panis esse dicitur, & de vino, quod ex multis liquatur vuis.

Cap: 26.

Ioan. 6. IGitur in pane ideo celebratur, quia Christus est panis, qui de cælo descendit: sed sicut panis longè aliud ab isto pane intelligitur, ita longè aliud caro à mortali iam nostra carne secernitur. Caro itaque per passionem, & vera caro redemptionem suę conditionis explet: panis verò victum ad æternitaté renatis immortalitatis præbet, atque ideo nec mirum, si caro Christi panis dicitur, dum & caro sub specie panis visibili nihil quàm caro porrigitur: sed caro, quia in eadem carne passus in veritate creditur: panis verò, quia granum frumenti cadens in terra, & nos ex ipso nihil aliud quàm frumétum per fidem genuit. Vnde per hoc se ipsum suis membris ex se vatis vitam præbuit, & præstando, nihil nobis aliud quàm panis æternus fuit. Nihil enim ad figuram manifestius, nihil ad mysterium euidentius. Ioan. 12. Granum quippe frumenti Christus in terram cecidit, sed multa grana de se genuit, quæ nimirùm grana nihil

aliud

aliud, quàm frumētum quod in horreum coaceruatur. Vndè mira in ipso nostræ naturæ vnitas prędicatur. Nam omnes nouimus, quòd panis viuus de multis naturaliter granis efficitur, ex quo nostra in Christo commendatur vnitas, & figura veritatis in mysterio approbatur. Ad hoc quippe illud vnum mortuum est in terra, vt ex eius adipe & pinguedine nos fœcūdemur: quia vt ipse ait, nisi mortuū fuerit, ipsum solum manet. Núc ergo qa mortuus resurrexit, multum iam fructum affert in credētibus. De quo nimirùm fructu vnus panis efficitur, qa Christus & ecclesia vnum corpus esse ꝓbatur. Vndè dictum est, Et erunt duo in carne vna. Rectè ergo hoc mysterium in pane celebratur, quatenùs per hoc altiùs designetur quod in eo generaē. Similimodo & in vino, quod ex multis liquatur vuis, & de multis in vnum confluit granis. Quæ nimirùm grana virtutum ex illa creuerunt vite, quæ dixerat: Ego sum vitis vera, vos autem palmites. Non poterit ergo palmes sanè in ipso, nisi in vite manserit, facere fructum. Idcirco vinum quod bibimus, sanguis est eiusdem vitis, qui

Ioan. 12.

Gene. 2.

Ioan. 15.

Ioan.19. qui de latere eius fluxit. Nam vitis & palmes vnum sunt corpus, & ideo vnum ferre videntur fructum: quia vua quam palmes affert, de radice pfluxit vitis. Hinc quoq;
Num.13. & Christus vua dicitur, quam viri exploratores, apostolorũ scilicet & prophetarum chorus, suis ad nos humeris fortiter gestãtes, detulerũt. Vndè Paulus egregius prędi-
1.Cor.6. cator: Precio, inqt, empti estis, portate Deum in corpore vestro. De qua deniq; vua dum ꝓlo premitur passionis, sanguis efflu-
Deut.32. xit salutis. Hinc Moses canit in cantico, q̃ constituerit populum suum dominus super excelsam terram, vt comederet fructũ agrorum, & sugeret mel de petra, oleumq; de saxo durissimo, & sanguinem vuę biberent meracissimum. De quo nimirũ sanguine oĩs inebriatur Christicola: & ideo speciem vini iure tenet in sensu, dum spiritualiter sanguis potatur in mysterio. Qua hinc lætificamur spirituali lætitia ad gaudium, hinc verò redimimur de morte ad vitam, & precio salutis nostræ interius
Psal.103. saginamur. De quibus duobus Dauid cecinerat in mysterio, quòd panis confirmat cor hominis, & vinum lætificat vtique lætitia

titia ſpirituali. Propter quod in eadẽ ſubſtantia iure celebratur hoc myſterium ſalutis: quia Chriſtus eſt panis qui de cælo deſcendit, & vinũ quo lætificat corda credentium.

¶ Quo typo legitur, Ioſeph vino inebriatum fuiſſe meridie, qua hora Chriſtus in cruce ſuſpenſus eſt. Gen. 43. d g

Cap. 27.

DE quo nimirũ Ioſeph meridie, qua hora Chriſtus paſſus eſt, inebriatus legitur myſticè cum fratrib' ſuis. Vndè & nos, ſi adhuc aquam tñ non ſapimus, inebriamur & gaudemus de bonis dñi ſuper frumento, vino & oleo, quo perfuſi ſumus lętitia ęterna & gaudio exultatiõis in dño. Nos enim non ſolùm vinea dñi, ſed & vindemia eius ſumus, de qua nimirùm vinea Esa. 5. Chriſtus in Canticis. Vindemiaui, inquit, Can. 5. myrrham cum vnguentis meis, manducaui panẽ meũ cũ melle meo, & bibi vinum cum lacte meo. Sed pri' panis comeditur, quàm myrrha in nobis mortificationis turgeſcat, & vnguentum boni odoris narib' reſpargatur. Tũc vitaq; panẽ cũ melle,

quod

quod de petra, q̃ Christus est, fluxit, come
Cor. 10. dimus: tunc itaque vinum suauitatis cum
lacte bibimus. Propter quod, quia in istis
duobus hæc mystica tegebantur, rectum
fuit vt in his diuinum fieret sacramẽtum,
quatenus totum spiritualiter intelligere mẽs
satageret, vbi nihil carnale sentire licet.
Vndè panis Christus q̃ de cælo descendit,
in hoc mysterio accipitur, sicut & caro q̃
in cruce pependit, cùm integer deinceps
Christus perseueret, licèt ab omnib⁹ quoti-
diè edatur: & fit panis quidem ad vitam
& firmitatẽ animi, caro verò ad vnitatem
naturæ nostræ & redemptionis premium.
Ioan. 6. Vndè ipse ait: Caro mea est pro mundi vi
ta, & sanguis verè qui pro nobis effundetur
Matth. 26. in remissionem peccatorum. Hinc sanè q;
sapientia Dei patris maluit hoc mysteriũ
in speciem panis ac vini permanere, quàm
in colorem ac saporem carnis ac sangui-
nis deputari, q nec hoc est, iam quod vide
tur, nec fieret illud amplius, vt esset caro
& sanguis, quàm vt præcipitur. Nos enim
in eo illum panem, qui de cælo descẽdit,
Cant. 5. comedimus: & ideo dicitur, Comedi pa-
nem cum melle meo: quoniam in illo di-
uinita-

uinitatis dulcedo & humanitas prædica-
tur. Idcirco sicut in isto saporem panis ac
colorem non attendimus, ita quoque si mu-
taretur in carne, nil amplius caro Christi
esset contra consuetudinem humanam li
cèt carnis salutis, tamen carnem hominis locus de-
Christi in speciem & colorem ipsius muta- prauatus.
tam, & vinum in cruorem cõuersum acci-
pere. Indè & illi adhuc rudes discipuli, car
naliter sapientes, dicebant: Durus est hic Ioan. 6.
sermo, cũ diceret, Nisi manducaueritis car
nem filij hominis, & biberitis eius sangui
nem, non habebitis vitam in vobis manẽ-
tem. Et non poterant sustinere, vtiq; quia
carnaliter ea intelligebant. Sic itaque & il
le carnaliter sapit, qui ideo non credit car
nem Christi & sanguinem, quia speciem
& colorẽ exteriùs nõ mutauit. Vndè oran
dum, vt ipse per se Christus veniat & come-
dat panem cum melle suo in nobis, &
vinum cum lacte bibat: quia nisi Christus
Deus & homo verè intelligatur, & vinum
sanguinis eius cum lacte doctrinæ miscea
tur, nõ potest infirma mens capere lucem
veritatis, & mysterium vel quod diuinum
est agnoscere. Vbi mira humanitas in hoc,

F sic-

sicuti in alijs quibuslibet locis, Christi & ecclesiæ declaratur, dum quod nos in illo gerimus, & ille in nobis se agere monstrat. Nā dum nos rectè panē cum melle comedimus, & vinum calicis cum lacte potam᷑, tunc & ipse ea se in nobis sumere testatur, quia per hoc nos in suum corpus traijcit, & vnum in illo efficimur. Pro talibus igitur & huiusmodi negocijs, fili charissime, proindè sanè in pane & vino, sine vlla decoloratione substātiæ, hoc mysterium interiùs & potestate diuina peragitur, vt & virtus fidei eniteat in intellectu, & doctrina fluat hincindè in operatione sacramenti, & veritas resplendeat de præfiguratione mysterij.

¶ Vbi Melchisedech in figura Christi obtulit panem & vinum.

Cap. 28.

NAm Melchisedech prı᷑ in figura illi obtulit panē & vinum. Ideo necesse fuit vt verus rex pacis & pontifex noster secundum ordinem illius eadem offerret: quatenus per hoc figuratum veritas clarescerct, & qui esuriunt iustitiam & sitiunt, Matt. 5.

duo-

duobus istis in via, interdum satiarentur. for. uinterius
Siquidem pane, qui pro omni cibo quàm sæpè in scripturis ponitur, & cum omnib⁹ escis congruere videtur, esuries temperaretur. Potu verò sanguinis, sitis quasi cæle sti rore madesceret: & per hoc amplius ho mo ad iustitiam refectus, in fortitudine ci bi cælestis constantiùs desudaret.

¶ Quòd Helias hoc cibo vel potu ab angelo sit pastus quadraginta diebus & noctibus.

Cap. 29.

HOc quippe cibo ac potu Helias de manu angeli pastus quadraginta di 3.Reg 17.
ebus, per quos præsens seculum designatur, in fortitudine vsque ad montem Dei dicitur peruenisse, ex quo patenter innuitur, quod cibus iste manibus angelicis defertur & refertur, per quem nostra infir mitas diuinitùs releuatur, quia non nisi solis amicis & fratribus porrigitur. Vnde spósus adhortatur in Canticis: Comedite amici & bibite, & inebriamini charissimi.
Quia, pfectò talis esca & pot⁹, nunq̃ dignè Cant.5.
sine ebrietate spũsſcti degustat̃, hic quoq;

David ebrius gratanter in persona nostra
Psal.22. canit: Parasti in conspectu meo mensam
aduersus eos qui tribulant me. Impinguasti in oleo caput meum, & calix meus inebrians quàm præclarus est. Præclarus itaque, quia omni veritate clarius fulgore resplendet, & luce sancti spiritus illustratur,
ac per hoc inebriat fidelium mentes, quo
Act.2. nimirùm haustu illi ebrij erant hora diei tertia, super quos se idem spiritus plenius diffuderat. Idcirco & nostra accipientium præparanda sunt corda, vt tali epulo refecti, ad altiora in fortitudine transeamus. Nemo igitur dignè accipit, nisi qui trāsit.
1.Cor.5. Vndè & pascha trāsitus appellatur. Pascha autem nostrū immolatus est Christus. Ad quod, qui vult venire, & videre hanc visionem, transeat & ipse cum Mose, sicut &
Exo.3. Christus transiuit de hoc seculo, vt totus iam spiritualis, ista q̄ dignè percipiat.

¶ Vt quid aqua cum vino miscetur, dum in cœna domini factum non legitur.

Cap. 30.

PLanè aqua in sanguine quare misceatur, dum in natale calicis factū fuisse non

non legimus, illa permaximè causa est, q̃a de latere Christi, vbi passio cõpletur, sanguis pariter & aqua manauit. Quod rectè mysterium Apostoli plenè intelligentes, fiendum in calice censuerunt, vt nihil deesset nobis in hoc sacramento ad commemorationem passionis, quod tunc extitit in cruce in consummationem nostræ redemptionis. Nam postquàm emisit spiritum, veniens vnus militum, accepit lanceam, & aperuit latus eius. Vndè quasi de viuo fonte manauit sanguis & aqua. Et hic est verus calix, quia veraciter passus pro salute nostra, non minùs sanguinem precij, quàm vndam baptismi fudit: & quod tunc de carne fluxit, hoc nunc credentes in calice bibūt. Caro quidem datur in cibum, sanguis & aqua verè in potum: vt quod simul de latere manauit, hoc tantùm noster homo, his duobus renouatus, bibat: vt si quam peccati maculam post fontem traxit, habeat in hoc vndam veniæ qua diluatur, & precium suę redẽptionis, quo vnusquisque redemptus, de die in diem rursus renouetur. Sed & plures dixerunt, aquam ideo admisceri debere, vt simul in Christo san-

Ioan.19.

Cur aqua vino mysticè misceatur.

sanguine baptismus & precium salutis fiat, vt nō iam duæ, sed vna, sanguinis videlicet, fiat. Nam & sanguis in corpore vt cresćat, his duobus pascitur. ex quo patet, quę satis prouidè ob dispēsationem salutis nostræ, diuina sapientia hoc simul de suo latere produxit, vt vndè mulier quæ deceperat priorem Adam, creata est, indè rursus ecclesia formetur, cuius Christus in cruce peccata tulit. Quo constat, quia omnes in se leuauit, dum causas omium pertulit in cruce. Idcirco ecclesia quæ in illo simul fuit, iure de latere dicitur manasse: quæ benè per aquā, sicut Cyprianus sanctissimus
Apoc. 17. ait, designatur. Vndè & in Apocalypsi angelus aquas populos esse interpretatur: & ideo rectè prouisum est, qa simul cum sanguine fluxit, vt in hoc mysterio veri sanguinis admisceatur, quatenùs & nos in illo simus, vt per hoc salutis sacramētum diuinis obtutibus illicò vniti mysticè offeramus. Nam si vinū sine aqua offeratur, sanguis Christi incipit esse sine nobis. Si autem aqua sola, iam plebs videtur esse sine Christo. Quando autem vtrunque misceatur & coniungitur, tunc rectè mysterium eccle-

ecclesiæ spiritualiter perficitur. Nulli igitur liquores sic se coniungunt, quó vinum & aqua: profectò quia illud ex aqua per vitem, sicut Christus ex carne per Mariam nascitur. Sed longè excellentius vinum, quam aqua. Quas denique aquas dominum idcirco commutasse legimus, vt insipientia nostra vacuata, vinum iocunditatis in nobis exuberaret. Hinc sponsa in Canticis: Introduxit me rex in cellam vinariam, & ordinauit in me charitatem. Ac deinde exultabimus & lætabimur in te, memores vberum tuorum. Exultant ergo fideles, dum se intelligunt ad tantam vnitatem Christi sociatos per gratiam, & ad tantam flagrantiam charitatis prouectos. Et ideo quàm benè in hoc mysterio figura per aquam admittitur, vt vnusquisque in illo Christi sanguine susceptum se intelligat, & in melius transmutatum. Vndè licèt prius mysticè vinum & aqua admisceatur, post consecrationem tamen non nisi sanguis bibitur, quia in illo priùs ex aqua baptismatis suscepti, rursus eum esuriẽdo & sitiẽdo quotidiè potamus. Nec dubiũ quin sub hoc mysterio illã bibim⁹ aquã, de qua

Ioan. 2.

Cant. 1.

 domi-

Ioan.4. dominus: Qui biberit aquã, inquit, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Propterea nos incõuenienter etiam ab hoc ibidem aqua consecratur: non quòd aqua permaneat, sed vertitur in sanguinem, vt significet quid fides percipiat. Nã tria sunt, quæ testimonium dant quòd est Christ' veritas: spiritus, sanguis, & aqua. Nimirùm postquàm emisit Ioan.19. spiritum, de fonte pectoris sui contra naturam manauit felix vnda baptismi, & sanguis redemptionis: quibus non nisi vnum salutis opus mysticè consecratur, vt corpus nostrum, & anima ac spiritus integer, ad vitã in Christo seruetur. Vbi nemo dubitat, quòd & caro nostra ex hoc paretur ad vitam, qua totus homo redimitur. Caro quidem carne pascitur spiritualiter, quia Ioan.1. verbũ caro factũ est: anima verò, Chri sanguine reparatur. Omnis itaque anima, teste Scriptura, in sanguine est, vt ibi habet Leuit.17. & in corpore sedem, & per quẽ ipsa, vt anima, vivificat corpus, inde à Christo & ipsa habeat vitam æternam in se manentem. Sed quia spũs noster atq; anima, vna substãtia est, licèt spũs aut mens dicatur ea pars quæ pre-

præminet in homine ex aqua, spiritualis interdum appellatur, dū præoccupauerit suis legibus totum hominē, & viuificatur à Deo. Anima verò inferior eius portio, qua corpus animatur, & homo animalis dicitꝰ. 1. Cori. 2.
Animalis autē homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei. Hac de causa in hoc sacramento forsitan aqua admittitur, vt tria hæc tribus istis sacrentur mysticè rebus. Cōstat igitur, quia etsi tria priùs ponūtur, non nisi caro & sanguis posteà rectè credūtur, dans iudicium, q animalis homo totus debeat transire in spiritum, & spiritu- Leu. 17.
alis fieri. Omnis namq; anima in sanguine est, quod typicè dictum accipimus: quia omnis vita eius, vt beatè viuat, in Christi sanguine reparatur. Quàm benè ergo in sanguine, quia per quem habet cognationem ad carnem, iustum erat vt per eum haberet regressum. Et ideo in via duobꝰ istis dūtaxat pascimur & potamur, vt totus homo noster, qui duabus constat substātijs, integrè reparetur. Hinc quoq; Dauid: Si- Psal. 62.
tiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea. Sitiuit ergo totus homo, vt de carne & anima trāsiret ad spiritū, quatenus

tenus

tenùs ſpiritualis totus in Deo eſſet. Propter quod, licèt dixerim ſanguinē ad animā peronere, quodam modo ſimul caro & anima rectè ſitiunt & potantur ſanguine, ſicut & paſcuntur ſimul carne Chriſti: quia non carnaliter iſta percipiuntur, ſed ſpiritualiter. Sitit igitur anima talibus refrigerari, ſitit & corpus. Comedit anima, comedit autē & corpus: quia talis eſca nō minùs pertinet ad animam, q̃ & ad corpus, quibus vſq; ad finem vegetari, anima immortalis ad vitā tranſit, caro verò propter ſententiam primi hominis ad terrā redit. Sed quia Chriſtò concorporaliter per la-
Gene.3. uacrū & immortalitatis alimonio enutrita, ſemina vitæ nunq̃ poſt finem ſeculi in mortem detineri poterunt: imò quod in capite præceſſit, membris præſtabitur.

¶ Quòd non per meritū ſacerdotis hoc myſteriū conſecratur, & quòd nō maius à bono, vel minus à malo aliqs percipit ſacerdote qui miniſtrat.

CAP. XXXI.

VErè credere & indubitanter ſcire debemus, infra catholicam eccleſiā, vbi catholica fide hoc myſteriū celebrat, nihil

nihilà bono maius, nihilq; à malo minus percipitur sacerdote. Nihilq; aliud q̃ caro Christi & sanguis, dum catholicè consecratur, quia non in merito cõsecrantis, sed in verbo efficitur creatoris & virtute spiritus sancti, vt caro Christi & sanguis non alia, quàm quę de spiritu sancto creata est, vera fide credatur, & spirituali intelligẽtia degustetur. Si enĩ in merito esset sacerdotis, non ad Christum pertineret. Nũc autẽ sicut ipse est qui baptizat, ita ipse est qui per spiritũ sanctũ hãc suam efficit carnẽ, & trãsfundit sanguinẽ. Quis enĩ alius in vtero potuit, vt verbũ caro fieret? Sic itaq; in hoc mysterio credendũ est, q̃ eadẽ virtute spiritus sancti, per verbũ Christi caro ipsi° & sanguis efficiatur inuisibili operatione. Vndè & sacerdos: Iube hęc perferri p manus angeli tui in sublime altare tuũ in cõspectu diuinæ maiestatis tuæ. Vt q̃d perferenda eã illuc deposcit, nisi vt intelligatur q̃ in eius sacerdotio ista fiãt? Ipse enĩ factus est põtifex in ęternũ secundũ ordinẽ Melchisedech, teste Apostolo, ad interpellãdũ p nobis, offerẽs seipsum deo patri. Ad hoc quippe semel introiuit i sancta, nõ in sanguine Luce.1. Heb.6.7.

aliene,

alieno, sed proprio sanguine. vndè nõ ab alio rectè percipitur, quod proprium eius est, sed ab ipso summo pontifice. Neq; ab alio caro eius creatur & sanguis, nisi à quo creata est in vtero virginis, vt verbum caro fieret. Verbo enim patris dictum est:
Gene. 1. Crescite & multiplicamini. Et eccè adhuc hodiè ex eo cuncta creantur animantia,
*for. *non nouo, sed* *non noua, sed ex eodem verbo fit caro:
Joan. 1. quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Vndè si ex illa benedictione tãta maneat multitudo, quid putas ex carne Christi? Nunqd inefficax est ex se, qui tãta fecit ex nihilo? Et sicut panes hausit quãtitate substantiæ quam natura non dederat, nunquid impotens est facere ex aliquo, quod sine semine in vtero creauerat? Pullulat ergo illa vbertas carnis Christi, & manet integer Christus: quia natura manente integra, etiam in creaturis ad iussum eius cuncta exuberant. Propterea licèt semel
Gene. 1. dixerit, Germinet terra herbam virẽtem: adhuc hodiè ex eo quæ per singulos nascuntur annos, omnia creantur. Sic itaque & in eo quod semel voluit, & deinceps carnem & sanguinem in hac cõmemoratione

tione iussit esse, fit quod iubetur: quae si quis non credit, impio deterior est: quia ille quod non didicit, approbare non potest: iste quod in multis cognouit contra naturam fieri, etiam in carne Christi nō credit. Propter quod homo, si attendis sacerdotem, attēde Christū, verbum patris, quod caro est: & quod semel factū est, quotidie fieri non dubites, dū per hoc caro & sanguis cibus noster efficitur: ad hoc quippe, vt & nos eius corpus simus.

¶Quòd sacerdos non sit creator huius sacramenti, sed ipse Christus.

CAP. XXXII.

VNdè sacerdos non ex se dicit, quòd ipse creator corporis & sanguinis esse possit: quia si hoc posset, quod absurdum est, creator creatoris fieret: sed obsecrans per filium patrem, per quem ad eum accessum habemus. Rogamus autem, hanc oblationem benedictā, per quam nos benedicamur: adscriptam, per quam nos oēs in cælo conscribamur: ratam, per quam in visceribus Christi cēseamur: rationabilē, per quam à bestiali sensu exuamur: acceptabilemq; facere digneur, quatenùs & nos

Rom. 5. [illegible]

Verborū aliquot canonis explicatio.

nos per hoc, quia in nobis displicemus, acceptabiles eius vnico filio sumus. Vt nobis, inquit, fiat corpus & sanguis dilectissimi filij tui domini nostri Iesu Christi. Ecce quid fides instituit, ecce quid Christus indulsit, vt nobis fit corpus & sanguis, quatenus per hoc nos in corpus Christi quotidie transferamur. Prius autem quam corpus in consecratione fiat, oblatio sacerdotis est, sicut ipse confitetur, vel cunctæ familiæ offerentis: sed in verbo & in virtute spiritus sancti, noua fit creatura in corpore creatoris ad nostræ reparationis salutem. Vnde iuxta sublimis aram altaris semper adsistere, scriptura teste, probatur, vt ex eius immolatione corpus & sanguinem percipiamus.

¶ Quòd quamuis sacerdos omnibus æqualiter tribuat hoc mysterium, non tamen omnes æqualiter sumant.

CAP. XXXIII.

CAeterùm sacerdos, quia vices Christi visibili specie inter Deum & populum agere videtur, infert per manus angeli vota populi ad Deum, & refert: vota quidem offert & munera, refert autem impetrata per corpus & sanguinem: & distribuit singulis

non

non quantum visus exterior præbet, sed quantum fides capit.

¶ Quòd sacerdos, licèt indignus sit, tamē mysteriū tam magnum violare vel sordidare non possit: & sicut non suū est quod offert, sed omnium, ita nec illius preces sunt tantùm, sed omniū circūastantium. CAP. XXXIIII.

VBi licèt sacerdos in conscientia malus esse conuincat, non suū est quod offert, sed oīm preces & vota per oēm Canonis textū cōmendat. Nā & finis orationis, cunctorū vocib' confirmat, vbi oēs, Amē, voce cōsona dicunt. Idcircò nō vnius est, quod ꝓ multis offert, & multorū precibus confirmatur. Nā & dominus ait: Quod pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Si enim pro se tantū esset, eius merita Deus forsitan attenderet. Nunc autem licèt leprosus sit qui offert, munda sunt quæ hauriuntur: quia caro & sanguis saluatoris, nullius immunditia sordidatur. Ex officio ergo sacerdotis ista, & non ex merito, præstātur. Idcircò licèt reus sit, officiū mysterij sacrū est, & gradus sacerdotij à summo pontifice Christo cōpensatur, vt nil

Matth. 26. Marc. 14.

nil minus carnis & sanguinis habeat hoc mysterium, à quouis indigno, tamen Apostolicæ propaginis, consecratum exhibeatur: quia non ex eo, sed ex officio à summo pontifice, gratia, quam ipsa veritas repromisit, impletur: vt nullo, sacerdotium eius & pontificatus officium, alicuius merito minoretur. Virtus enim consecrandi, est in eo, quod habet is qui ordinatur: & ideo reuertentes, qui baptizati sunt prius, sicut non rebaptizatur, ita vtiq; qui prius ordinati sunt, rursus non reordinantur ad vnitatem catholicã, si recesserint, redeuntes: sed aut ministrant, si hoc ecclesiæ vtilitas postulat: aut si non, sacramentũ tamẽ ordinationis suæ gerũt; & ideo eis manus inter laicos non imponitur. Manet igitur in eis sacramenti virtus, sibi inutiliter, etiã rei dum consecrent: satis tamen vtilis potestas & ordinatio consecrandi illis, qui gratiam perceptæ benedictionis & administrationis, fide, spe & charitate cõmunicant. Neq, peruersa ad salutem proficiunt hæc vitæ sacramenta, de cælesti fonte ma-

2.Cor.6. nantia: quoniam nulla participatio iustitiæ cum iniquitate, sicut neq; lumen cum

tene-

tenebris. Tamē licèt tales oderint, adulteri sint, & homicidæ, & ex parte diaboli plura admiserintdum falce euangelica necdum præcisi sacrificent, non cogitandum qui & quales sint, sed quid dent, vel quid acci piat is qui cum fide communicatur: neq; quis habeat virtutem consecrandi, sed qd habeat. Nam sicut nomine Christi, ipso teste, etiam à membris diaboli dæmonia pel luntur, & virtutes ab eis plurimæ operanē, Luc. 10. ita eiusdē virtute in sacramento alijs corpus & sanguis conficitur: licèt dictum sit, Deus peccatores nō audiat. Quia & super aquā baptismi, & super oleū, & super eucharistiam, & super capita eorū quibus manus imponitur, in sacramento hæc oīa celebrantur & fiunt. Idcircò valent etiam & per homicidas, eo q & si non habeant Ioan. 9. spiritumsanctū, Deus est qui dat per ministerium eorum eundē spiritumsanctum, & consecrat ex officio munus suæ largitatis. Aliogn augustior est gratia Christi, quàm fraus & calliditas diaboli. Si enim hortus ille deliciarum clausus, potuit habere spi- Gene. 3. nas aduersarij: multo magis extra & in eos qui membra non sunt Christi, profectò

G ema-

emanat fons ipsius gratiæ.

¶ Quòd de adulteris presbyteris sub figura loquatur Dominus.

CAP. XXXV.

NOn igitur euacuatur, quod vbique pollet: neque vlterius esse potest, quod proprium Dei est, & quia si sunt qui dicunt hæc sui meriti esse, & fornicantur à Deo, nequaquam illa exhonoranda sunt diuini iuris sacramenta, vt eorum illa esse putentur, cùm Dominus sub specie meretricis synagogæ: Protulisti, inquit, de auro meo & argento meo, & fecisti tibi imagines masculinas, & fornicata es in eis. Deindè ait: Accepisti vestimenta mea versicolora, & operuisti idola tua. Oleum quoq; meũ & incensum meũ posuisti ante faciẽ idolorũ. Nã & panas quos dedi tibi & similaginẽ, postq; melle & oleo cibaui te: profectò quia carnalis aia conuertit ad imaginem phantasmatum suorũ oĩa sacramẽta & verba sacri eloquij: tamen non sua hæc sunt, neq; amatorũ suorũ, sed Dei: licèt habeat fornicationem suam seducta & seducens. Vndè & Dominus sua hæc esse protestat: & ideo non debemus ipsis tribuere quæ Dei sunt,

Ezech. 16.

neq;

neq; quasi nonaginta repbare: imò quæ- *Locus intricatus.*
uis apud fornicariam mulierem dona viri legitimi recognoscere, & verbo veritatis il lum fornicationem corrigere, si valeamus, quæ propria est impudicæ mulieris: non il la dona culpare, quę propria sunt domini miserantis. Quia & si sacramentum gratiæ dat Deus etiam per malos, ipsam verò gratiam, non nisi per seipsum, in qua est remissio peccatorum, quam tribuit interdũ etiam per sanctos suos. vndè nihil maius aut minus est à quolibet in ministerio, & si adhuc in tenebris sit, dum & sacramentum præstatur ex officio, & gratia ex participatione & vnitate colũbæ, in qua fluit fons vitę, & manat remissio peccatorum. Cunis sacerdos Christus & pontifex, in æternum, expiat & offert seipsum pro nobis quotidiè ante conspectum diuinę maiestatis.

¶ De colore & sapore carnis & sanguinis Domini.

CAP. XXXVI.

Quòd verò colorem aut saporẽ carnis minimè prębet, virtus tamẽ fidei & intelligẽtiæ, quòd nihil de Christo dubi

tat, totũ illud ſpiritualiter, & deguſtat, qa vt dixi, qui verbo cuncta creauit, hæc verbo vnà cũ ſpiritu ſancto cooperat. & ideo nihil dubitandum, vbi Deus autoritas iure opifex creditur. Nihil etenim in eodẽ eſt, (for. fruſtrà eſt,) vbi efficax virtus eiuſdem rei ſequitur: vbi plena ſimilitudo exteriùs, & vera virtus agni, atq; caro ei⁹ immaculata, interiùs vocatur. Nihil enim rationabilius, vt quia iã (for. aq̃ vt) nos ſimilitudinẽ mortis eius in baptiſmo accipimus, ſimilitudinem quoq; carnis ei⁹ ſumamus, & ſimilitudine precioſi ſanguinis potemur: ita vt & veritas non deſit in ſacramento, & ridiculum nullum fiat paganis, q̃ cruorẽ occiſi hominis bibamus. Auidiùs enĩ requiritur quod latet, & precioſius eſt quod cum fide quæritur. Ideo quoq; ſic debuit hoc myſterium temperari, vt & arcana ſecretorum celarentur infidis, & meritum creſceret de virtute fidei, & nihil deeſſet totiùs verè credentibus promiſſæ veritatis. Inſupèr & quod maius eſt, per hęc ſecretiùs præſtita, ad illam tenderet ſpeciem ſatietatis, vbi iam nõ pro peccatis noſtris quotidiè Chriſtus immolabitur, ſed ſatietate manifeſtationis eius

ſine

sine vlla corruptione omnes sine fine fruemur. Alioquin quomodò ferrét hæc adhuc increduli, si iam discipuli olim ista soeso vocis audientes, ferre nequiuerunt? Ioan. 6.

¶ Quòd adhuc mali & perfidi ruminant intrinsecùs, qualiter fieri possit vt cruda caro voretur, vel sanguis bibatur.

CAP. XXXVII.

Nam cùm saluator diceret, Qui manducat carnem meã, & bibit sanguinem meum, in me manet, & cætera, tunc inquiunt: Durus est hic sermo, & quis poterit sustinere eum? Quanto magis adhuc infideles & perfidi ista duriùs ferrent, & culparent Christianos fore immundissimos, quòd carnem hominis comederent, & potarent sanguinẽ, ac per hoc fieret execrabile, quod per fidẽ debemus credere esse desiderabile, etiam per intelligentiam nõ carnaliter, sed spiritualiter degustare. Per fidem enim ambulamus, nõ per speciem. Quòd si carnis species in his visibilis apparéret, iam nõ fides esset aut mysterium, sed fieret miraculum, quo aut fides nobis Ioan. 6. 2. Cor. 5.

daretur, aut perfidis execratio cõmunicantib' importunior crassaretur. Hæc igitĩ credentibus, etiã fidelib' data sunt: signa verò & miracula, vt fidẽ percipiãt, nõ credẽtib'. Vndè oportuit ista non permutari, & credẽtes de his nihil saltẽ ad modicũ dubitare.

¶Qualiter superna pietas aliquãdo probis, aliquãdo dubitantibus, vt vel sic crederent, veram carnẽ vel cruorẽ ostenderit. CAP. XXXVIII.

NEmo qui sanctorũ vitas & exempla legerit, potest ignorare, quòd sæpè hæc mystica corporis & sanguinis sacramenta, aut propter dubios, aut certè, ꝓpter ardẽtiùs amantes, Christũ visibili specie in agni forma, aut in carnis & sanguinis colore mõstrata sint: quatenùs de se Christus clementer adhuc non credentib' fidem faceret, ita vt dum oblata frãgitur vel offerẽ hostia, videretur agnus in manib', & cruor in calice quasi ex immolatione proflueret: vt quod latebat in mysterio, patesceret adhuc dubitantibus in miraculo. Fecit enim hoc pietas diuina quibusdam iam credentibus, & tamẽ adhuc dubitãtibus, vt & ipsi fiduciã de veritate perciperẽt, & alij de miraculo

Miracula quo faciãt.

raculo ad fidem solidarentur, & de Christi gratia per eandē fidē vberius participarentur. Nā quæ veritas repromisit, sine aspectu credēda sunt: sed quia duricordes sumus, voluit diuina mansuetudo in quibusdam omnibus satisfacere, vt vlterius de his iam nemo dubitet. Porrò q si nec ostensa credantur, nec ea quæ veritas [illegible] ex fide cōmunicatur: quærat quilibet ob satisfactionem sui, quid expectet: quoniam nihil extra veritatem est. & quicquid veritas habet, *ostenso per speciē, quādo placuerit, repręsentat. Vndè credere oportet, quòd & hæc oportunissimè ostensa sint, & nihil dubitare de his quæ veritas repromittit: quia quisquis extra veritatem aliquid quęrit, non nisi falsitatem inueniet: & semetipsum, si ea quæ à Christo dicta sunt, nō receperit, extra veritatē secludit. Quòd autem dixi sępè *quibusq; ardentiùs Christum amantibus hęc premonstrata fuisse, vnum è pluribus pandam.

for ostensum [illegible]

for quibusdam

¶Quòd quidam presbyter ob magnum desideriū promeruit, non solùm vt Christū cerneret, sed & vt in vlnis stringeret & oscularetur.

CAP. XXXIX.

fnz. ✝Plegilis ✝Plegus

NAm quidem presbyter fuit religiosus valdè, ✝Plegilis nōie, frequēter Missarum solēnia celebrās ad corpus S. Ninie episcopi & confessoris. Qui cùm digno moderamine sanctā Christo propicio duceret vitam, cœpit omnipotētem dominū pijs pulsare precibus, vt sibi mōstraret naturā corporis Christi atq; sanguinis. Itaq; nō ex infidelitate, vt assolet, sed ex pietate mentis ista petiuit. Fuerat enī à puero diuinis legibus imbutus: & propter amorem superni regis, olim patriæ fines & dulcia liquerat arua, vt Chri mysteria exul sedulò disceret. Idcircò ait amore magis succēsus, q̄tidiè preciosa munera offerēs, poscebat sibi p̄monstrari, q̄ foret species latitās sub forma panis & vini. Non quia de corpore Chri dubius esset, sed quia vel sic Christū cernere vellet, quē nemo mortaliū iā super astra lauatum, in terris conspicere potest. Vanerat ergo dies, vt idem celebrans piè solennia Missarum, more solito procumberet genib9. Te precor, inqt, omnipotēs, pāde mihi exiguo in hoc mysterio naturā corporis CHRISTI, vt mihi liceat eum

pro-

prospicere præsentem corporē visu, & formam pueri, quem olim sinus matris tulit vagientē, nunc manibus contrectare. Quidum talia precaretur, angelus de cælo adueniens affatur: Surge, inqt, ꝓperè, si Christum videre placet. adest præsens corporeo vestitus amictu, quem sacra puerpera gessit. Tū venerabilis presbyter pauidus ab imo vultum erigēs, vidit super aram patris filium puerū, quem Simeon infantem portare suis vlnis promeruerat. Cui angelus inquit: Quia Christum videre placuit, quem priùs sub specie panis, verbis mysticis sacrare solebas, nūc oculis inspice, manibus attrecta. Tum sacerdos cælesti munere fretus, quod dictu mirū est, vlnis trementibus puerum accepit, & pectus proprium Christi pectori iunxit. Deinde ꝓfusus in amplexum, dat oscula Deo, & suis labijs pressit pia labia Christi. Quib' ita exactis, præclara Dei filij membra restituit in verticem altaris, & repleuit cælesti pabulo Christi mensam. Tunc rursus homo prostratus, deprecat' est Deum, vt dignaretur ipsa iterum verti in pristinam speciem. Qui expleta oratione surgens è terra, Luc. 2.

 inue-

inuenit corpus Christi in formã remeasse priorem, vt deprecatus fuerat. Et mira omnipotentis Dei dispensatio: qui ob vnius desiderium ita se præbere dignatus est visibilem, & non in figura agni, vt alijs vel (for. quibusdam) busq; sub hoc mysterio, sed in forma pueri, quatenus & veritas patesceret in ostensione, & sacerdotis desiderium impleretur ex miraculo, nostraq; fides firmaret ex relatu. Veruntamen non prius idem communicasse pueri corpus & sanguinem legitur, quàm rediret in prioris formæ speciem, ne absurdum videretur quod præsumpserat, & fides vberius requiratur interius, in eadem (for. forma, quam) quam exterius visu cõspexerat. Hoc interim dixisse sufficiat de ostensione carnis Christi, pro assertione veritatis. Cæterùm si quis ex eo nõ credit illud quod in (Ioan. 6.) euãgelio prædicatur, prioribus (inquam) (Sap. 16.) illis deterior videtur, qui sub vnius speciei gustu, omnem saporem & omne delectamentum fide perceperant. Nec tamẽ illud tunc aliud monstratum, licèt quicquid saporis & delectamenti est interius, sub vno eodemq; colore totum manna præstiterit. Potior quippe virtus rerum est, q̃ species

&

& fucatus color. Idcirco virtus magis con siderãda est, q̃ color seu sapor exterius: quia qui vniuersis virtutem naturæ dedit, hic huic sacramento diuinitus indulsit, vt sit caro & sanguis ipsius: vt quod caro & sanguis Christi ecclesiæ contulit, hoc totum sacramentum huius mysterij compleat, & ad immortalitatem suos immaculatos clementer perducat. Carnales quoq; & corruptibiles, ad spũalia & incorruptibilia perficit. Propterea ergo debuit spũaliter celebrari, quatenus per hoc de visibilibus ad inuisibilia feramur: & quod adhuc latet, fide instantius requiramus: nihilq; dubitandum de specie, dum virtus Christi interius totum præstat ex mysterio, quicquid euangelium promittit ex diuinitatis oraculo.

¶ Quòd hoc mysterium nullius meritis consecretur, nisi illius cuius nutu omnia reguntur & sunt. Cap. 40.

NVlli dubium, quòd sicut quando in nomine pr̃is & filij & spũsancti termergimur in fonte, túc vtiq; baptizamur nõ in virtute illius & potestate qui hæc dicit, sed in virtute Christi q̃ hoc præcepit.

Ite

Matt. 28. Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritussancti. Sic itaque & hoc sacramentum non meritis, non verbis humanis, sed proculdubiò diuinis efficitur & consecratur mandatis. Creatur enim ex aliquo ibidèm non qualiscunque, sed noua salutis creatura, caro & sanguis Christi, veluti in baptismo homines noua efficiuntur creatura & corpus Christi. Idcirco non æstimãdum est, quòd alterius verbis, quòd vllius meritis, quòd potestate alicuius ista fiant, sed verbo creatoris, quo efficta creata sunt visibilia & inuisibilia. Cuius ergo potentia creata sunt priùs, eius vtique verbo ad melius recreantur, quia nemo creator alicuius rei aut recreator, nisi vnus Deus, catholicè prædicatur. Propterea veniendum ad verba Christi, & credẽdum, quòd in eiusdem verbis ista conficiantur. Reliqua omnia quæ sacerdos dicit, aut clerus canit, nihil quàm laudes & gratiarum actiones sunt, aut certè obsecrationes fidelium, postulationes, petitiones. Verba autẽ Christi sicut diuina sunt, ita efficacia, vt nihil aliud proueniat, quàm quod iubent, quia æterna sunt.

Cæ-

Cælum, inquit, & terra transibunt, verba autem mea non transibunt, sed facient oia ad quę missa sunt: qa patris non nisi vnum & consubstantiale & sempiternum est verbum. Vndè sacerdos priùs inter cætera etiam verba euangelistarum assumens, ait: Qui pridiè quàm pateretur, accepit panē in sanctas ac venerabiles man⁹ suas, & eleuatis oculis in cælum ad te Deum patrem suum omnipotentem, tibi gratias agēs, benedixit, fregit, & dedit discipulis suis. Ecce vsque ad istum locum verba sunt euangelistarū. Porrò deinceps verba sunt Dei, potestate & omni efficientia plena: Accipite & manducate ex hoc omnes: hoc est enim corpus meum. Sed ne fortè putares, quòd de illo vno tantū pane, & in illa vna hora, hoc tum esse iusserit, secutus adiunxit & ait: Hoc facite in meam cōmemorationem. Vndè fatendum est, quòd quicqd tunc illud fuit quod Apostoli ab eo perceperunt, hoc totum est istud, quia id ipsum est. Et si velis audire qd est, Hoc est enim, inquit, corpus meum. In hoc ergo verbo creatur illud corpus, quia diuinū verbum est, & omnipotentia plenum, vbique præsens,

Luc. 21.

Esa. 55.

Ibid.

Matth 26.
Marc 14.
Luc. 22.

Ibid.

sens vbique omnia complens, Et quod dicit, hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur, crede ô fili, quia ita est, quoniam ipse dixit, & factum dubitare non potes: ipse mandauit, & creatum est. Præceptum ergo posuit, In meam cõmemorationem hoc facite. Et ideo quotiescunq; fit catholicè, verè hoc fit quod dictum est, Hoc est corpus meum.

¶ Quòd non alium calicem accipimus & offerimus hodiè, nisi quẽ ipse Iesus in suis sanctis manibus accepit in cœna.

Cap. 41.

Simili modo posteaquàm cœnatũ est, refert sacerdos verba euangelistæ, accipiens hũc præclarum calicem (& notandum, quòd hunc quem offerimus, non ali-
Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. um) in sanctas ac venerabiles manus suas, item tibi gratias agens, benedixit, & dedit discipulis suis, dicens. Audisne vbique ꝙ ipse gratias egerit, ꝙ benedixerit? & ideo licèt nos gratias agamus, dum ille est, qui pro nobis gratias agit per se, & nos tñ per illum, & quia per illum, eius grãrum actio iure dicitur. Sic itaq; licèt sacerdos bñdicat,

cat, ipse est q̄ bñdicit ac frãgit. alioqn nisi
eius esset bñdictio, nulla sanctitas in eo es
set. Vnde in Exodo ad Aaron & filios eius:
Inuocabitis nomẽ meũ super filios Israel, Num.6.
& ego bñdicam eos. Sacerdos aũt inuocat,
sed ipse bñdicit & frãgit: q̃a nisi ille frãge-
ret hũc, paruuli oẽs ieiuni remanerẽt. Hic
quoq; ꝑpheta suspirãs, q̃a necdũ Chrs ve-
nerat, aiebat in lamẽtationib⁹ suis: Paruu- Thre.4.
li petierũt panẽ, nec erat q̄ frãgeret eis. Et
ideo hic solus est, q̄ frãgit hũc panẽ, & per
manus ministrorũ distribuit credẽtib⁹, di-
cẽs: Accipite & bibite ex hoc oẽs, tam mi- Luc.22.
nistri q̄ & reliq credẽtes. Hic est calix san-
guinis mei noui & ęterni testamẽti. In hoc
q̃ppe verbo sanguis efficit, quod anteà vi
nũ & aqua fuerat. Efficit aũt sanguis, sed
ille vtiq;, quẽ discipulis tradidit, sanguis
planè noui testamẽti & ęterni, quod testa-
mentũ nunq̃ immutabit, q̃a æternum est:
nunq̃ veterascet, nũq̃ irritũ erit. Et hoc est
testamentũ hæreditatis nr̃æ, per quod no-
bis diuina & cælestia tradunt. Hoc igit est
mysteriũ fidei. De cuius nimirũ sanguinis
figura, popul⁹ sanctificat⁹ est vet. testa. sed
in illo sanguie vmbra erat, hic aũt veritas,

Qui ꝓ vobis, inquit, effundetur & ꝓ multis in remissionem peccatorum. Nam vbi Lucas dixit, pro vobis: ibi Matthæus, pro multis, posuit. Vndè credendum q̃ Christus vtrunq; dixerit: quia hic sanguis & ꝓ Apostolis, & pro multis q̃ credituri erant per verbum eorum, effusus est. Hic vtiq;, & non alius, neque alicuius, sed sanguis Iesu Christi in hoc verbo efficitur. Viget autem hoc verbum & manet, hic est enim calix sanguinis mei, qui pro vobis effundetur & ꝓ multis. Quapropter ô homo quotiescunque bibis hunc calicem, aut mãducas hunc panem, noo alium sanguinem te putes bibere, quàm qui pro te & pro omnibus effusus est in remissionem peccatorũ.

Luc. 22.
Matth. 26.

¶Quòd non aliam carnẽ comedimus, quàm quæ in cruce pependit: & alium sanguinem non bibimus, q̃ qui de eius latere fluxit.

Cap. 42.

NEque aliam carnem, quàm quę pro te & pro omnibus tradita est, & pepẽdit in cruce, qa sic veritas testatur: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Et de calice: Hic enim sanguis meus est,

Matth. 26.
Marc. 14.
Luc. 22.

est, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum, vndè sicut in remissionem fusus est peccatorum & traditus, ita adhuc hodiè in remissiõem comeditur & potatur delictorum: vt quia in terris sine quotidianis leuibusq; delictis viuere non possumus, vt præmisi, tali esce & potu refecti, sine macula & ruga inueniamur. Et nõ solùm hoc, sed etiam omni benedictione cælesti, quæ in illis est, repleamur. Ac per hoc, vnum corpus cum illo maneamus: vbi Christus caput, & nos omnes membra censeamur.

¶Quòd panis etiam, quanuis vera caro sit, hoc mysterium possit nominari, probat Apostolus vbi dicit. Probet se homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. 1.Cor.11. Quia Christi caro, & vera caro, & tamẽ panis viuus, qui de cælo descẽdit, iure catholicè prædicatur. Caro quidem secundum gratiam, panis verò secundum efficientiam: quia sicut hic panis terrenus vitã subministrat temporalem, ita ille cælestis vitam præstat æternam & cęlestem, quæ vita est sempiterna. Deniq; & sanguis hic, secundum efficientiam simili modo vinum

H typi-

typicè potest vocari. Quia sicut vinum lætificat cor hoim sobriè potatum, ita longè locupletiùs hoc vinum sanguinis lętificat cor hois interioris, & inebriat mẽtẽ amore spũali. Vndè dictum est: Calix tuus inebri-
Psal. 22. ans, quàm pclarus est, & vinũ lætificat cor
Psalm. 103. hois. De quo nimirũ vino sponsa in Canticis exultat, q Christ' in ea ordinauerit suã
Cant. 2. charitatem. Cæterùm p præmissam doctri-
for iuxta præmissam ne veritatem, nihil aliud q̃ caro Christi & sanguis iure creditur: quę non sapore carnis, sed spirituali dulcedine degustantur, & fidei ratione intelliguntur.

¶ Quòd quantitas in hoc mysterio non sit cõsideranda, sed meritum & virtus.

Cap. 43.

Si enim figurã illius sacramenti in manna illa cælesti præcessit verè, & huius veritatio exinde apertè monstratur, quod
Exo. 16. dicitur: Qui plùs collegerat, nõ ampliùs:
2. Cor. 8. neq; qui minus parauerat, inuenit minùs: non est oino quãtitas visibilis in hoc æstimanda mysterio, sed virtus sacramẽti spũalis. Sed sicut nec quantitas hominis Christi metienda in corpore, sed virtus in eo & diuinitas consideranda. Nam plùs retulit

mu-

mulier illa in euangelio, quæ fimbriam ve- Matt.9.
stimenti tetigit, quàm turba quæ totũ cor
pus pressit. Quia plùs cum mente concę-
pit, & fide credidit. Idcirco cogitandũ est
à nobis, vt quantum dente premitur, sed 1 Cor. 11.
quantũ fide & dilectione & dilatatione ca-
pitur. Non enim rectè caro Christi sine di-
uinitate sumitur, nec diuinitas sine carne
pstatur. Vndè in euangelio, regnũ cælorũ Matt.13.
simile dicitur thesauro abscondito, quem
qui inuenit homo, vadit & vendit oĩa, &
emit agrum illum. Quia nec ager, corpus
videlicet Christi, sine thesauro, nec thesau
rus diuinitatis, sine agro carnis iurę cõpa-
ratur. Qui q̃ benè in agro thesaurus abscõ
ditus dicitur, quia in carne Christi diuini
tas corporaliter inhabitãs, etiã in hoc my
sterio ab aspectu oculorũ, ne caro videatͬ,
subtrahitur, vt fide auidiùs queratur: quę-
sita, veriùs inueniatur: inuenta verò, cari-
ùs habeatur: & habita, desiderabiliùs fru
atur. Quia in Christo oĩs plenitudo cor Coll. 2.
poraliter habitat sine dubio diuinitatis.
Idcirco necasse est, q corpꝰ eiꝰ comederit,
de plenitudine diuinitatis illud fide pci-
piat. Vndè S. euangelista: Et oẽs nos, inqt, Ioan. 1.

de plenitudine eius accepimus. Alioquin nisi de plenitudine ni accipias prabe, nec ad modicum carnis peruenire possis. quia non thesaurus emitur propter agrum, sed ager propter thesaurū. Nam thesaurus de plenitudine diuinitatis cū eo & in eo credentibus emundatur. & ideo fili hoc mysterium dum communicas, dilata sinū mētis tuæ, emunda conscientiam, & percipe non quantùm mica exhibet, sed quantùm fides capit: quia in Christo plenitudo diuinitatis manet, in te autem de plenitudine, non quanta est, sed quantùm idoneus fueris, præstatur.

¶ Quòd bonus bonum bono suo, malus verò malo suo percipiat bonum, id est, eucharistiam.

Cap. 44.

Ante passiōem autem hoc sacramentum ideo celebratum est, vt de legali pascha cōtinuò, qa vmbra remouéda erat, veritas clarescerct. Nunqd igit vmbra potest desistere, nisi radiante luce? Aliud verò Chrus nouerat, q & boni dignè, & mali indignè hoc mysteriū, licèt psumptiuè, accepturi essent. Voluitq formam

mā cūctis dare cōicantibus, quid boni, qd ve mali percipiant. Et ideo Iudas in figura omnium malorum, ad percipiendū admittitur. Nam si post resurrectionem fieret, iam Iudas cum sanctis Apostolis communicare nō posset, quia iudicio æterno iam damnatus erat. Nam per hoc mysteriū passio domini & mors prædicanda erat, ideo magis congruit in ipso passionis articulo hoc tradere, quàm post resurrectionē: quia ad hoc immolatus est agnus, vt nos carnē eius comedamus. Vndè Paulus: Pascha nostrūm immolatus est Christus. Itaque epulemur. Cæterùm ipse trāsibat iam de hoc sæculo ad patrem, id est, de hac mortalitate ad immortalitatem. Fecit adhuc mortalis, quod nos post eū & in illo facturi eramus simili modo mortales: Quatenùs talis nos refecti pabulo & inebriati poculo, faciamus nos pro illo securi de immortalitate, quod ille pro nobis prior fecit mortalibus. Ad hoc quippe immortalitatis præstitit alimoniam, vt mortē non timeamus. 1.Cor.5.

¶ Quare ante passionem corpus suum discipulis suis Iesus contradidit. Cap. 45.

AT verò quod vltimū est, si post resurrectionem hoc dedisset, dicturi essent hæretici, quòd incorruptibilis iā Christus & in cælo positus, non posset in terris eius caro à fidelibus vorari. Nunc verò quòd integer & incorruptibilis manet, dicimus cōtra eos, quòd in morte eius ista percipim⁹, vt vsq; ad finem seculi omnes indè pascamur: & tamen quod seminatum est, resurgens incorruptum, permaneat. Ob hoc ergo granum frumenti cecidit, vt multū fructum afferat. Si enim hoc ille concessit seminibus, multo magis id sibi præstitit, vt & ipsum maneat incorruptū, & deinceps multam alimoniā immortalitatis præbeat ex sua fructificatione credentibus. Vndè qualis ille resurrexit, talia sunt & hæc semina immortalitatis, quæ immortales faciunt dignè percipientes. Et ideo quotiès ista comedimus, mortē dñi adnunciamus: quia de morte ista immortalia meruimus, donec ipse veniat viuus & immortalis, vt cū eo etiā & nos, tali lōgè diuq; refecti immortalitatis cibo p eū, imortales regnem⁹.

1.Cor.15. Ioan.12.

1.Cor.11.

¶ Quòd nec caro sine cruore, nec sanguis sine carne communicatur. Cap. 46.

Pater

PAtet sensus, quia iam caro frangitur, qui sanguis est in calice, qui de latere manauit, & ideo q̃ rectè caro sanguini sociatur: quia nec caro sine sanguine, vtiq; nec sanguis sine carne iure cõmunicatur. Totus enim homo, qui ex duabus cõstat substãtijs, redimitur: & ideo carne simul Christi & sanguine saginatur. Deniq; non sicut quidã volũt, anima sola hoc mysterio pascitur, quia nõ sola redimit morte Christi & saluatoris, verũ etiã & caro nr̃a per hoc ad immortalitatẽ & incorruptionẽ reparatur. Carne quidẽ caro spũaliter cõuiscerata transformat̃, vt & Christi substãtia in nostra carne inueniat̃, sicut & ipse nostrã in suã cõstat assumpsisse deitatẽ. Vndè orãtes ad deũ cũ ꝓpheta dicem᷒: Memorare meæ substãtiæ. nunquid enĩ vanè cõstituisti filios hominũ? Quæ igitur maior securitas hominis, q̃ ad suã substantiã orare, & eãm Deũ venerari, atq; ꝑ vnitatẽ ꝑsonæ fidẽter dicere: O Deus mea substãtia, q me cõstituisti & creasti, nunqd me vanè creasti? Nõ vtiq;, licèt vanitati subijciat̃ homo viuẽs; q Deus creator & verbũ pr̃is, fact᷒ ẽ homo. Vndè constat per hoc, quòd & nos in illo, Psal. 88.

 &

& ille vtique in nobis, dum carne spiritualiter se refudit, vt nos per hoc in incorruptione trásformemur. Porrò sanguis eius (vt dixi) potatur, quatenùs anima quæ in sanguine peccati est, renouet: quia & Christi anima non in sanguine peccati, sed in sanguine carnis, etiam vt in natura est hoīs, carnem humanā quam Christus susceperat, viuificauit. Idcirco non rectè caro sine sanguine communicatur, sed vt caro habeat relationem ad animā, quæ in sanguine Christi est: & anima viuificatrix carnis, per sanguinem relationem habeat in Deum, atq; ita totus homo sanet. Hinc quoq;
Ioan. 6. dominus cùm dixisset, Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, habet vitam æternam: continuò subiecit, Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Habet, nanq, ideo dixit, quia mox anima carne soluta, intrat in vitæ promptuaria, vbi sanctorū animæ requiescunt. Deinde, quod
Ioan. 6. ad corpus pertinet, addidit: Et ego resuscitabo eū in nouissimo die. vt sicut integrè creat⁹ est homo, ita quoq; redēpt⁹ integrè prędicetur, ac deinde in nouissimo ad integrum reparandus credatur. Interim tamen

men iustum & pernecessarium est, vt redemptus alatur ad incorruptionem & potetur ad vitam. Proptereà mox saluator intulit: Caro enim mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Ac si diceret: Quia generaliter homines cibo & potu id maximè appetunt, vt non esuriant neq; sitiant, & ne moriantur, Hoc vtiq; cōmunis iste non præstat cibus & potus, sed caro mea & sanguis, quia immortales & incorruptibiles facit: ideo verè cibus & potus nominatur. Constat igitur & liquet oībus, quòd in hac mortali vita sine cibo & potu non viuitur. Sic itaq; ad illam æternam nō peruenitur, nisi duobus istis ad immortalitatē spiritualiter nutriatur. Et ideo benè simul in calice, vno passionis Christi, hæc duo nobis ad vitam mensurant. Ibidē.

¶Quòd infelix sit, qui non credit ea quæ latent in hoc sacramento.

CAP. XLVII.

SEd infelix est animus, qui hoc nō fatis credit, & tamē non dubitat quòd cibo & potu vita humana sustentetur. Si enī in hoc mortali cibo tanta vis inest, vt quotidiè vitam labentem reparet, & vires resti-

tuat: quid sentiendũ de hoc immortali cibo & potu, in quo vita æterna præstatur & immortalitas regnat? Veritas enim Deus, & Christus veritas est, quia vtiq; Deus.
Ioan.14. Propterea ô homo, si veritas est, crede, caro Christi, & sanguis quia vita est, & ideo veritas protestetur:
Ioan.6. Qui manducat meã carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam in se manentem. Manentem vtiq;, & nõ labentẽ quia in hac vita nemo viuit, nisi viuendo labatur in mortem. In illa verò, semper in eodem statu manendo,
Psal.88. sine defectu viuitur. Igitur si quis sequitur vitam, tenet veritatem. Et qui veritatẽ tenuerit, iam vitem habet in se manentem:
Ioan.14. quia Christus est vie, veritas & vita. Vndè & hoc mysterium nõnunq̃ viaticũ eppellatur: quia si quis illo fruitur in via, peruenit ad vitam, quam iam in se habet: & falsitate nulla fallitur, quia veritatem dominici corporis & sanguinis ad vitam illustratus vegetauit.

¶ Quare nos ieiuni communicemus, cùm Apostoli non ieiuni, sed ad cœnam primitùs cõmunicarent. CAP. XLVIII.

Sacra-

Sacramentū ergo fuit, quòd dominus post cœnā apostolis hoc tradidit. Sic Matth.26. Marc.14.
enī implere illud oportebat, circa finē
diei ad vesperā, vt hora ipsa sacrificij ostē-
deret iam finē seculi aduenisse. Vndè Ioan 1.Ioan.2.
nes: Filioli, nouissima hora est. Porrò Apo
stoli adeò ieiuni non erāt, quia necesse fuit
vt pascha illud typicū prius compleretur,
deindè ad verū Paschæ sacramentū transi-
rent. Hoc enim in mysterio tunc factū est,
vt & vmbra finē acciperet, veritate osten-
sa, & ipsi deindè ad veram mox transirent
nouitaté. Ex quo factū, q ieiuni corpus &
sanguinē primitùs minimè percipere, cæ-
terum vniuersaliter in ecclesia oēs cū sum-
ma religione ieiuni cōmunicare cōsueue-
rūt. Sic enī per apostolos placuit spiritui Cōmunio
sancto, vt in honore tāti mysterij, primitùs vesperti-
corpus Chri & sanguis sobriè acciperet, q na, cur in
cæteri cibi. Et ideo per oēm ecclesiā Chri, matutinā
mos iste satis decēter ac prouidè inoleuit. versa.
Neq; obseruandū, sicut apocryphorū mo
numēta decernūt, donec digerantī corpo-
re, ne cōmunis cib' accipiat: sed satis inuigi
lādū, vt anteā q̄sq; semp paret, & post acce
ptā grām null' indignū se reddat. Spūaliter
enim

enim hæc accipienda, nõ carnaliter. Licèt igitur panis in carnem, & vinum conuertatur in sanguinem, veluti à natura probatur, tamen altiùs hęc cõsideranda sunt: vbi non modò caro aut sanguis Christi in nostram conuertuntur naturam, id est, carnẽ & sanguinẽ, verùm nos à carnalib⁹ eleuãt, & spirituales efficiunt. Hoc sanè in nobis
for. non quod
nutriunt, quod ex Deo natũ est, *& quod ex carne & sanguine. Dedit itaq; Christus nobis potestatẽ filios Dei fieri. veruntamẽ non ex volũtate viri, sed ex Deo nascimur.
Ioan. 4.
Illa ergo natiuitas nostra, quæ ex Deo est, vtiq; spiritualis est, quia Deus spiritus est. Et ideo hęc mysteria non carnalia, licèt caro & sanguis sint, sed spiritualia iure creduntur. Vndè lõgè inferiùs vita nostra ista temporalis, corporeo isto cõmuni alitur cibo & potu: longè verò excelsiùs ac præminẽtiùs vita illa, quę abscon sa est cũ Deo, qua cõformes illi & configurati sumus, illo saginatĩ cibo, & potu, quẽ in scripturis & de altari accipimus, & transuehit nos ad spiritualia, vt ibi viuamus exindè, vbi vita nostra seruatur æterna. Ac per hoc, qui sic accipit, dignè accipit: & qui dignè illud

sud acceperit, habet vitam æternam in se manentem. Friuolú est ergo, sicuti in eodé apocrypho libro legitur, in hoc mysterio cogitare de stercore, ne cómisceatur in digestione alteri⁹ cibi. Deniq; vbi spiritualis esca & potus sumitur, & spiritussanctus per eum in homine operatur, vt si quid in nobis carnale adhuc est, trásferatur in spiritum, & fiat homo spiritualis, quid commixtionis habere poterit? Friuola inepta q; quorundá solicitudinis exclusio.

¶ Quantum sit inter communem cibum & hoc sacramentum.

CAP. XLIX.

Quantùm agitur distat vita illa æterna, ab ista mortali vita, tátùm & iste cibus omnino præminet ab illo cómuni, quo simul nobiscum etiá animalia viuunt: & ideo communis appellatur, quia omniú est, bonorú scilicet & malorú, necnon & animalium. At verò iste, nó nisi filiorú Dei est cibus, vt indè alant, vndè viuunt. Christo enim viuimus, cuius membra sumus. Dispensatiuè satis prouisum est, vt ex illo *interdum pascamus, quatenùs per hoc cú illo, & in illo vnum corpus inueniamur. Verùtamen qieiuni cómunicamus, satis for. *inter-nim

pro-

proindè, vt dum sobrietas flagrat in corpore, dũ omnis feruor carnis conquiescit, & oẽs animi sensus ad intelligẽtiã & discernendi rationem fortiùs vigent, illo priùs cibo interior noster homo inebrietur, quatenùs deinceps quod præminet in nobis, vegetatũ cælesti dulcedine, illud regnat & gubernet quod inferius est, ne ad noxia & superflua se relaxet. Dignum igitur fuit, vt quod sublimius est, maiori honore potiretur, deindè quod inferius, & tũ necessariũ indulgẽtię istius vitæ perciperet. Priùs tamẽ ad cęlestia & ęterna felicitàs inuitate. Hæc
1. Co. 5. est namq; vera & noua conspersio synceritatis & veritatis, vt sim⁹ azymi sine fermẽto malitiæ & neqtiæ. Nã in calice nihil aliud bibimus, quàm Christi sanguinem, vbi & nos per aquam admixti, counitι sumus. In pane verò nihil præter corpus, vbi nos per CHRISTI conspersionem iam membra sumus, quia nimirùm conspersio per aquã sancti spiritus fit. De qua Christus in euan
Ioan. 7. gelio: Qui credit, inquit, in me, flumina de ventre eius fluent aquæ vitæ. Et
Ibidẽm continuò euangelista: Hoc autem dicebat de spiritu, quem accepturi erant credentes

dentes in eum. Hæc igitur conſperſio, de multis granis, fecit vnum corpus. Corpus, inquam, ſynceritatis & veritatis, ſi tamen ſumus azymi, id eſt, abſque fermento malitiæ & nequitiæ, vt dignè hunc panem, de hac aqua conſperſum, accipere poſſimus. O mira Dei omnipotentis diſpenſatio, qui tantis inſtruimur diſciplinis & fruimur exemplis, ſi non ſit mens ingrata de tantis beneficijs, & dubia de tam immenſis promiſſis. Idcircò ô homo, ſerua conſperſionem gratiæ: quia licet triticum ſis, niſi doctrina & virtute ſpiritusſancti ad hanc vnitatem & conſperſionem fueris benè in farinam attenuatus, deinde conſperſus gratia, & igne decoctus charitatis, non poteris ad ſoliditatem fidei firmari. Propterea ſit tibi ſemper mola ſuperior, ſpes promiſſionis: & mola inferior, timor pfectę charitatis. Quib' duob' benè attenuat', poſſis ſpiritusſancti gratia in Chri corpore vniri. Patet igitur quod hæc myſtica ſunt. Et ideo fili ſic iſta debes cogitare, quaſi cęleſtia: ſic cõtingere, quaſi diuina: ſic accipere, vt ſalutaria, in qbus vita ęterna repromittit: ſic credere, vt dicunt.

Dein-

for. deni- que *Deindè ſic viuere, vt in Chriſto ſemper veritate & ſynceritate cóſperſus, mēbrum eius inuenìaris.

¶Quòd quidam errando dicunt, quòd Chriſtus poſt futuram reſurrectioné regnaturus ſit cum omnibus ſanctis in mundo mille annos.

CAP. L.

EX hoc ergo loco quidā mille annorū fabulam aſtruunt, q́ Chriſtus corporaliter ſit regnaturus, quando noua corporaliter debeat comedere vel potare, quæ vſq; ad cóſummationem ſeculi non ſe facturum, vt aiunt, denunciauit. Nos autem catholicè ſenſum ipſius domini requirentes, non hęreticorum nęnias ſequētes, ſed eius qui ait: Accipite & comedite ex hoc omnes, hoc eſt enim corpus meum. Et calicem illum eſſe dicam, de quo idē: Hic eſt calix meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur in remiſſioné peccatorum. De quo nimirùm calice propheta ait: Calicé ſalutaris accipiam, & nomen domini inuocabo. Per quem *itaq; calicé paſſio domini deſignatur. vndè idem ad patrem: Pater, inquit, transfer à me calicem iſtum, ſcilicet

Matth. 26. Luc. 22. — Psal. 115. — for. vtiq; — Matth. 26.

cet mortis passionem, vt p manus Iudęorũ fiat. Ac deindè: Pater, si non potest hic calix trãsire, nisi bibã illum, fiat voluntas tua. Propter quod & mos beoè iooleuit, vt sanguis Christi, nuoq̃ in catino, nunq̃ in cratere, nec in alio vase, q̃ in calice cõsecretur: sed oeq; alio nomine, vt fieri soler io alijs quibusq; vasis, nisi semper iuxta proprietates linguarum calix vocatur, vt exindè omnibus calix passionis Christi ad memoriã reducatur: ex quo nimirùm calice, idẽ ex eadẽ morte sanguis, & per sanguinẽ vita hauriatur æterna. Quod cùm bibimus, q̃d aliud q̃ mortem Domini adnũciamus? Idcircò necesse est, vt vousquisque priùs moriatur huic seculo: quia sicut nemo, nisi sepultus, mortem adnũciat: ita nemo exindè vitam sumit, nisi resurgẽs in nouitate vitæ ambulet, etiam in Christo maneat. Vndè si volumus eã cũ Christo percipere, sursum in cœnaculũ, magnũ & stratũ: quia nisi magnus sit, nec omnes capit, Ascendamus autem sursum: quia qui deorsum iacent, non ista cum Chr̃o, sed fel draconũ infeliciter cũ Iuda, vt sint i felle amaritudinis, bibũt. Hinc quoq; Paulus ait: Quæ sursum sunt, sapite,

for. ascen damus. — Deut 32. — Col. 3.

sapite, non quæ super terram. Non enim alibì, vbi hic calix noui testamenti est, q̃ sursum accipit: & quia noui testamẽti est, non nisi ab innouatis, q sunt sine vetustate peccati, communicatur. Noui autem testamenti, ob distinctionem veteris, dicit.
Exo. 24. De quo Moses, cùm aspergeret populum de sanguine holocaustorum, mediũ eius in crateras, & medium effudit super altare,
Ibidem & ait: Hic est sanguis testamẽti, quod mãdauit Dominus. Sanguis testamenti, qa figura erat & vmbra hu⁹ mysterij, per quod testat⁹ est Dominus, daturũ se nobis. Cuius nimirùm sanguine populus aspersus est Christianus, & mediũ eius passi per crateras refunditur: quia mysticũ est & morale ex scripturis, quod in eo percipim⁹. Deindè mediũ eius super altare, ꝓpter multorũ exhaurienda peccata: vndè nunc potum sumimus: quoniam & sapientiam doctrinę ex illo habemus, & redemptionis precium indè ꝓ nobis offerimus. Ergo quod tunc ille pro nobis semel fecisse legitur, hæc nos, ipso iubente, quotidiè facimus. Necnon & in Salomone legimus, quòd
Prou. 9. sapiẽtia miscuerit in crateras vinum suum.

Quod

Quod sanè vinũ illa moralis intelligentia est, de qua inebriantur animę fideles. & illud refunditur ad altare, quando dicitur: Iube hęc perferri per manus angeli tui in sublime altare tuum, in conspectu diuinæ maiestatis tuę. ideo fit, vt sanguis Christi indè pro * nobis exhauriendis quotidiè delictis rursus in precium sumatur redemptionis, & interior homo noster plenius innouetur & couniat Chřo, nõ modò moribus & vita, verũetiã & in vnitate naturæ p corpus hinc indè, vt in illi⁹ forma inueniamur. Neq; enĩ hic sanguis integrè pcipitur, nisi & imortaliter de altari corporis Chri ob renouationẽ nos * refundat. Vbi, pfectò Chrus cõuiuiũ & cõuiua noster simul esse volunt. Per hoc ergo q nos corpus ei⁹ sum⁹ de carne & ossib⁹ eius, ille nobiscũ illud bibit nouũ in regno patris, qa sanguis est noui testaměti. Nos verò qa corpus ei⁹ sumus, & ille i nobis vt caput regnat, regnũ patris iure vocamur. In quo nimirũ Chrs iã illud bibit nouũ, quotiès fideles infra ecclesiã illud dignè pcipiunt. Sicut enĩ patit in suis, & esurit & sitit & vestitur ac suscipitur: sic quoq; bibit illud nouum in regno patris,

for. * nostris

for. * perfundat.

Eph. 5.
Matth. 26.
Luc. 22.

Matth. 25.

id est, in ecclesia, quotiès eum dignè sui aut comedimus aut potamus. Nã de vinea
Esaiæ 5. Matth. 27. illa quę fecit labruscas, felle amaritudinis potatur, quod est calix passionis. Cęterùm in regno adoptionis, de genimine vitis nõ nę bibit & vinea Sorech, quæ interpretatur electa. Rubentia em̃ musta in eo, prelo crucis eliquantur, dum quotidiè Christi
locus mutilus. sanguine de altari sumútur. Idcircò quotiès nouum ex hoc vinum bibimus, Hinc ergo cõuiuiũm nostrum dicitur, quia Pa-
1. Cor. 5. scha nostrum immolatus est Christus.

¶ Quòd Christus & conuiua sit, & conuiuium.

CAP. LI.

Conuiuæ verò, eo quòd cum illo epulamur, transformati in nouitatem, quia corpus eı' sumus, ex quo se in regno patris illud nouũ bibere testatur. Alioquin eum in illo regno futuro húc potum corporeo gustu, & hanc escam non rectè bibiturum nec percepturum credimus: sed sicut ipse sacerdos & author salutis instituit. Ex quo
Act. 2. renouati sancti Apostoli per aduentũ sancti spiritus de cælis, & inebriati musto charitatis, ex eo sanè credimus hunc calicem in

in ecclesia consecratū, q; ille spiritus veritatis, in quo renouati sunt ex vetustate, induxerat eos in oēm veritatē, & cōfirmauerat in plenitudine doctrinæ: profectò vbi iam sicuti à Christo, ita sanè ab eis & deinceps in nouitate spiritus conserarē. Aliter autem, Meus cibus est, inquit, vt faciam Ioan. 4. voluntatem eius, qui me misit, & impleam opus eius. Ergo dum facimus voluntatem patris, adimpletur opus charitatis.

¶ Quòd Iacob desiderabat hunc cibum & vestimentum.

CAP. LII.

CHristus vtiq; nobiscum bibit in regno ecclesiæ suæ sanguinem suū: qa ille caput, & nos membra sumus. Hūc itaq; cibum Iacob patriarcha esuriebat, dicens: Si fuerit dominus mecū, & dederit mihi Gene. 28. panem ad edendū, & vestimentum ad induendum. Quotquot ergo in Christo ba- Gal. 3. ptizamur, Christum induimur, & panem angelorum comedimus. In quo nimirùm mysterio benedixit Isaac Iacob filium suū, Gene. 27. quasi nulla alia esset benedictio, quàm frumenti & vini, scilicet in pane carnis Christi, & in potu sanguinis: quę de agro cor-

for. vbe-minantur nobis poris nobis quotidiè per officium sacerdotis maturescunt, & comedimus. Hinc quoq; idem ait: Det tibi Deus de rore cęli, & de pinguedine terrę abūdantiā frumēti
Gene. 27. & vini. In rore quidē cęli, q̄a hęc mysteria, diuinitatis ope conficiunt. In pinguedine verò terrę, q̄a caro Chr̄i de virgine orta credit: vbi, p̄culdubiò Chr̄ianorū plenissima p̄statur abundātia panis & vini, in q̄bus sine dubio vita fruit angelorū. Nec igit charissime fili ista participēdas, vitæ vbi tanta redolent sacramēta. Habes q̄ à lōgè tantus patriarcha sensit in filio flagrantiam huius
Gene. 27. mysterij. Ait em̄: Eccè odor filij mei, sicut odor agri pleni cui benedixit dominus. Quia, p̄fectò ī isto agro corporis Chr̄i thesaurus abscōditus, vernat florib⁹ immarcescibilib⁹, & redolet suauitatē odoris. Quē
Matt. 13. qui inuenit homo, vadit & vendit oia q̄ habet, & emit agrum istum, vbi thesauri ois
Col. 2. sapiētiæ atq; sciētiæ contēplantur. De quo sanè agro, panis vitæ carnis, & potus sanguinis credentibus quotidiè exuberat, & à
for. metitur fidelib⁹ messuit. In quo vtiq; verus Iacob benedicitur, & dominus fratrum suorum constituitur: quia nimirūm sine isto, nulla re-

rerum alia proficit benedictio. Vndè beatus idē, Esau seruus venator, ad benedicēdū cū tardior occurrisset, benedictiōe hac iā fratri indulta, ait: Venit germanus tuus fraudulenter. ac deindè: Frumento & vino stabiliui eū, quod est apertè dicere: Firmaui eum pane corporis Chri & vino sanguinis, in qbus illi æterna maneat abundātia. Tibi autē vltrà qd faciā? Quid igit tātus & talis Dei cultor, si nihil inuenit filio vltrà qd præbeat, nisi eadē illi votis imploret? putásne, quod absit, si fueris indignus tantæ gratię, vllis ꝙ polleas bonis, vltra quā nihil ampliùs in hac vita prçstat? Aut fortè ideo paruipendes, quia in ore non sapit, quod io spiritu illi longè præsens erat in eo, & frui desiderabat? Sed & hoc, licèt in spe refectus olim Abraham fuerat, ideo benedictus Deo excelso dict' est, qua deniq; benedictione post eum Deus Isaac perfuderat: propterea & ipse filium suum Iacob eisdē ditabat bonis, & ꝓphetali eloquio implorabat, quod oībus erat repmissum. Gene.27. for.s.An. Gene.14. Gene.27.

¶ Quòd illud tam magnum huius sacramēti bonum Zacharias admiratus sit. CAP. LIII.

MAgnum igitur bonũ & summæ benedictionis arcanum, in hoc mysticè Christi ecclesiæ præparatur, vbi & Christus est cõuiua deliciarũ, & cõuiuium.
Zach. 9. De hoc qppe bono Zacharias olim re pmisso admirãs, ait: Et qd bonũ ei⁹ est, & qd pulchrũ ei⁹, nisi frumentũ electorũ, & vinũ germinans virgines? Vbi notandum quòd nõ nisi electorũ est cibus, ex quo bonũ salutis ecclesiæ & pulchritudo decoris pstatur: quia etsi quotidiè sordescit, exindè re-
Eph. 5. paratur, vt spõsa Christi sine macula & ruga, talibus inueniatur respersa munerib⁹. Alioquin dũ quotidiè peccamus, licèt in
1. Ioan. 1. minimis, quomodò sine macula esse possum⁹? Nõ ergo est immaculata, qa eius obscœnitas dedecorat. Sed per hęc purgatur iugiter. pulchrũ eius est corpus, ex quo iã speciosa p lauacrũ ampliùs pulchrescit, vt cãdore lilij & rubore sanguinis i hoc mysterio decoret. Bonũ qppe, vt ad vitã ęternã pficiam⁹: pulchrũ verò, dũ imortalitatis gloria vestimur: vt & interiùs fruamur dulcedine, & exteriùs fulgeam⁹ nitidiùs de tãti bñficij grã. Et vinũ, inqt, germinãs virgines. Felix fructus vbertatis, ex quo virginitas germinatur.

¶Quòd omnis ecclesia Christi, virgo nominatur & est.
Cap. 54.

NAm in hoc nostri germinis vino castitas corrumpitur, ab isto verò virgines procreantur. Et ideo iure omnis ecclesia Christi, virgo nominatur: q[uonia]m ista repleta vino, nullum præter Christum amare nouit, nullum esurire alium, nullum sitire: quoniam summum eius bonum Christus est, & summa pulchritudo vestis illa contexta desupèr ex vellere agni, quæ nuptialis alibì appellatur. Sed & charitatis vino debriata iure omnis anima, quæ Christi potatur sanguine, virgo dicitur. Habes charissime sanctorũ vitæ bonum, * quod nullum est aliud. Habes pulchrum venustatis, quo tuas infantiæ abluas fœditates, exerce te in castitate, quoniã hic sanguis nihil magìs diligit, quàm in Christo virgines. Virgines inquam, sed pudicas & prudentes: quia sunt & fatuæ, intùs in animo non habẽtes oleum secum spiritussancti. Quem profectò si quis non habuerit, hic non est Christi. Nam neque frumẽtum carnis sine vino sufficit sanguinis, neque ca-

Matth. 22.

for. æquo nullum est aliud melius

Matth. 25.

Rom. 8.

ro aut ſanguis ſine oleo ſpirituſſanĉti pro
deſt nobis, imò magis officit. Ideo quiſqʒ
rectè vult communicare, ſic viuat neceſſe
eſt, vt templum ſpirituſſanĉti ſemper eſſe
1.Cor.3. queat. Quia ſi quis templum Dei violaue
rit, diſperdet eum Deus. Hinc Paulus ait:
Nolite contriſtare ſpiritumſanĉtū in quo
ſignati eſtis. Profectòque ſine illo nulla
Iohel.2. Chriſti gratia habetur. Propterea & Iohel
cùm pœnitentibus veniam promitteret,
Reſpondit dominus, inquit, & dixit popu
lo ſuo: Ego mitto vo[illegible]is frumētum, vinum
& oleum, & replebimini in eo. In eo vtiqʒ
replebimini, licèt tria promiſerit: quia ca
ro & ſanguis per eundem ſpiritūſanctum
conſecratur. Alioquin mihi nec caro eſt,
nec ſanguis, ſed iudicium quod percipio:
quia ſine donāte, nullum malè præſumen-
tibus donum ex Deo præſtatur. Nam idem
ſpūs donum dicitur, qbus Chriſtꝰ & eccle
ſia repletur. Sed ille ad pleoum hęc oīa do
norum poſſidet, Eccleſia verò per partes
indiuiduè, ſicut eidē placuerit, qui ſe diui
dit in ſingulis, & bipertitur oibus. In eo tā
diuinitùs adimpletur, quia ſine illo anima
cuiuſqʒ vacua inuenitur. Ideo hūc ſemper
ore-

oremus, hunc desideremus iugiter, vt eius repleatur bonis desiderũ nostrũ, & semp ab illo renouetur si aquilæ iuuẽtus nostra. Psal.102.
Liquet ergo q̃ sine illo nihil est quod habetur, nihil quod percipitur, eo q̃ oĩa donorũ virtutũ hoc vno claudunt. Idcirco si volumus cælestibus ditari donis, donũ patris ac filij & spũssancti, qui ab eis cõsubstantialis pcedit & coętern᷑, ardẽti animo petamus, vt per eũ charitas in cordib᷑ refundat nr̃is, atq; in ipso renascentes quotidiè, ad vitã sanctificeo: qa quoscunq; ille sanctificauerit sui roris aspersiõe, eos pfectè patrẽ & filiũ inhabitare credim᷑. Hinc idẽ filius ait: Ego & pater ad eũ veniem᷑, & mãsionẽ apud eũ faciem᷑. Nõ quasi pater mis ſo spũsctõ, sed signãter insinuãs, q̃ ad eos tũ pater & ipse veniãt, quos idẽ sue pfusu aspersiõis sanctificauerit spiritus, licèt in oib᷑ sibi semp coopatrix sit tota trinitas. Ioan.14. Locus mutilus.

¶Admonitio cuiusque, vt sit probus & castus ante commonionem. Cap. 55.

QVa de causa sicut nihil in hac vita felici᷑ bono Chr̃iano, ita nihil illo periculosi᷑, si desert᷑ à tãta grã, fiat mẽbrũ meretricis. Et ideo chariss. castũ te custodi: quia

quia hoc munus quo virgines generãtur, nimirũm non modò carnis luxuriam, verũm etiam mentis execrat desidiã, & omne quod est vndè noster *exteriùs homo possit maculari.*Quo velim, quia ordinante Deo iam sacris adsistis altaribus, Laua inter innocentes, non cum Pilato, manus quas nulla excusatio prodest, vbi vestis est conscientia iudex. & si probaueris te primùm tum de pane illo & calice secur⁹ bibe. Sin autem, Da honorem Deo, & corrige quantocitiùs plenitudine cordis maculam erroris, si quomodò vales demum Christi altaria circundare pijs amplexibus, & ad sancta sanctorum mente pura ditior introire. Alioquin grauius est, in sordibus adhuc sordescere, & inlicita dei mysteria, cótempto Deo, impudéter accedere. Hæc igitur ob cautelam tui dixerim, dilectissime fili: quia noui plerosque veluti sues immundas, qui obtentu pœnitétiæ redeunt ad volutabra tanto procliuiùs vitiorum, quantò faciliùs ad hæc sine preiudicio reat⁹ sui accedunt, ista pedibus calcare: qui nec, quia semel eos dei patientia sustinuit, dum indigni vitæ mysteria præsumerét, vlteriùs,

quæ

* for interius
Cor. 4.
quod
Psal. 25.
Math. 27.
Ioan. 9.
Locus obscurus.

quæ dicimus, vera malunt credere. Verentur enim, coram humanis obtutibus suam verecundiam portare, quàm coram maiestate diuina & omnium supernorum præsentia, temeritatis incurrere offensam. Quibus, pfectò cordis induratio, cùm nec se corrigunt, nec Dei visitétur verbere pietatis, iam pœna est peccati & cōtemptus superbię. Sed dominus quia eos cōtinuò non punit, vt prætulimus, nunquid nō curat, aut suas iniurias ita tenus multas obliuiscitur? Nequaquam hoc dixerim, præsertim cùm idem videat, & ad iracūdiam exinde amplius concitetur, eo quòd prouocent eum filij sui ac filiæ in iram, quos angelorum gratis sociauerat ad mensam. Deut.32.

Hinc quoque est quod sequitur, Abscondam faciem meam ab eis, & considerabo nouissima eorum. Propter quod & sępè hi tales interdum proponunt se ad horam in melius conuerti cum summa deliberatione mentis, sed iterum tentationis impetu peius ruunt. Idcirco tu si vis saluari, & his ad vitam frui, velim sic te agas, vt deū psentem semper vbique intelligas, & sic coram ipso versari, vt in nullo maiestatis eius ocu- Deut.31. & 32.

los offendas Quia si qs se putat ab eo vspiam delitescere, nouerit eum omino quod offeosum non effugiet qui vbique virtute
Deut.32. pollet: sed apud eũ omnia recondita, quæ gessit, & signata in thesauris eius inueniet.

¶ De hœdo & agno, qualiter vnicuiq; immolantur in hoc mysterio Cap. 56.

PAtet igitur ex lege diuina, licèt Christus immoletur agnus in ecclesia, q̃ p differentia meritorum hæc & præmia tribuantur. Vndè dñs in Exodo, cùm de pa-
Exo.12. scha loqueretur: Decima die mensis huius tollat vnusquisq; agnũ per familias & domos suas. Erit aũt, inquit, agnus absq; macula, masculus anniculus, iuxta quẽ ritum
nobis tolletis & hœdũ. Vbi septuaginta: Erit oobis agnus immaculatus, de agnis, inquiũt, & hœdis sumetis. Ex quo profectò liquet, quia ob differẽtiam meritorum, ista præcipiuntur, si fortè quis agnum non potuerit paupertate vitæ assequi, id est, vitã immaculatam offerre, saltem hœdum habeat in sacrificijs qui pro pœnitentibus mactatur. De quo diuinæ legis interpres Hieronymus ait, q Christ⁹ in domo ecclesiæ dupliciter immolatur. Si iusti sumus, inquit,
de

de agni carnib⁹ vescimur: si peccatores & pœnitentiam agimus, nobis hœdus occiditur. Non q̄ Christus hœdus sit, quos à sinistris stare docuit: sed pro diuersitate meritorum, vnicuiq; aut agnus aut hœdus fit. Matth. 25. Alioquin ex lege cur hœdū simul cū agno iubetur tolli, nisi ob meritorum distinctionem? Vbi mox. Et seruabitis eū, inq̄t, vsq; ad quartam decimam diem mensis huius, immolabitq; eum vniuersa multitudo filiorum Israel ad vesperam. Exo. 12. Nec tamē apertè insinuat, si de solo agno accipiendum est, quod de hœdo iubeat: sed ex hoc, vti mos est in scripturis diuinis, latenter ostendit, q̄ aliud est quod profectò perfectiori bus mandauit, aliud verò quod lapsis & torpētibus ad indulgentiā prouidit. Idcirco de solo agno q̄d agēdū, apertè instituit: de hœdo verò, quasi nolēs edicere, pressius reticuit: q̄m aliud est, quod ipse vbique vult, perfecti⁹: aliud aūt, interdū quod indulget. Vndè & alio loco de pascha præcipitur, vt qui primo mense pascha facere non potuerit, secundo faciat. Num. 9. 2. Par. 30. Id est, si cum pfectis in primo mēse, quasi in prima grā, sine mortis reatu agnū edere nō potuerit, sal-

saltem secundo mense, id est, in pœnitentia reatus sui hœdum indulgētiarum percipiat. Ait enim ita: Homo qui fuerit im-
Num.9, mūdus super animam siue in via procul, in gente nostra faciat Phase domino mense secundo. Aliter autem: Si autem immundus in anima non fuerit, aūt procul, ꝑ corpore viæ à templo spiritusſancti nō recesserit, & phase domino non fecerit, exterminabitur anima illa de populis suis. Qui omnino nisi māducauerit carnem filij hominis, vitam nequibit æternā habere, quoniam sacrificium domino nō obtulit tempore suo. Et ne putares quòd de his fortè
Ibidem. diceret, qui sunt extra Christum, addidit, In gente nr̄a: quia omnes Christiani, quasi sub vna generatione, reputantur. Humilius est sanè, cum pœnitentibus hœdum, quàm cum perfectioribus & sanctis Christum agnum comedere. Quod benè intelligens senior ille filius de agro reuersus, sed malè contra dulcissimum patrem inuidia permotus, obiurgat dicens: Tot annis
Luc.15. seruio tibi, nunquam mandatum tuum ꝑteriens, & nō dedisti mihi hœdum, saltem vt cum amicis meis epularer. Et quàm iu-

ste

stê, quia profectò cæcatus, mente, noluit intrare intùs, nec corde pœnitere. Idcirco à prorsus omnibus bonis paternis, nec hœdum indulgentiarum meruit adquirere, nec vitulus repœnitenti filio minori sacerimus immolatur: & quod grauius est, contumaci animo in patrem refert iniurias, quas ille ex sua carnalitate impœnitēs sibi cor contraxerat. quapropter post naufragium, quæ secunda tabula est, feruenti animo pœnitētiam agamus. Nimirùm quia melius est, saltem hœdū mysticè infra conuiuiū Christi, vbi agnus immolatur Christus, cum fratribus epulari duntaxat, quia sumus rei & noxij, quàm cum iurgio contra pium patrem insolescere, & inuidiam dedignari, ne ad ineffabile patris gaudiū saltem rogati veniamus. Nec dubium quo diuinitùs reconciliati quantocitiùs hanc humilitatis viam vsque ad pios paternos amplexus reascēdentes, in hoc cęlesti cōuiuio pro nobis non solùm hœdus indulgentiarum Christus immolabitur, verùm sua benignitate agnus seu vitulus verbi diuinitate saginatus, pro gaudio nostræ salutis mysticè mactabitur. Alioquin quomo- for. spiritus for. esse

K dò

Matth.25. dò inter agnos, quos à dextris locabit,
Matth.18. peccator venia recepta ouis cẽtesima resti
Luc.15. tuetur, nisi gratia vnitus Christi, iam in eo
vnum corpus inueniatur? Veruntamẽ nec
Leuit.4.9. mirũ, si in hoc mysterio Chr̃s pro pecca-
10.16.23. toribus quasi hœdus accipitur: quia in le-
Numer.7. ge q̃ sæpè sub figura hircus immolat. Vn-
28.29. dè quia duabus cõstat substãtijs, duo ex le
ge hirci simul in loco iubent offerri, quo-
rum vnus pro peccatis sorte dño mactat,
Leuit.16. alter verò viuẽs adsumit, (quẽ emissarium
lex vocat, & super eius caput oẽs iniquita
tes filiorũ Israel cõfitendo, & vniversa de-
licta atq; peccata eorum imprecabant, &
sic ad eremum mittebãt) portãs oĩa pecca-
ta filiorũ in terrã solitudinis. Ex quo pro-
fectò liquet, q Chr̃s in similitudine carnis
peccati, occubuit pro nobis, & oĩa maledi
cta legis & peccata nostra super se tulit, &
Luc.15. ad eremum, vbi nonaginta & nouẽ oues
in deserto reliquerat, festinus reuolauit.
Non ergo illic hircus, aut hic hœdus iure
Rom.8. credat, sed q pro nobis figurã carnis pec-
cati assumpsit, & de peccato dãnauit in car
ne peccatũ: vt qui erãt hœdi, à sinistris iu-
re locandi, sint oues, in dextris clementer

resti-

restitui. Sic quoq; & post lauacrum, idem qui agnus est iustis, fit & peccatoribus hœdus: quatenùs per hoc & ipsi iusti constituantur, vt nemo à carne Christi & sanguine extraneus deputetur, nisi + se culpis exigentibus exciderit. *Ser. 26*

¶ Quòd aliquis dicat, Non sum ausus communicare, quia peccator sum: & idcirco per negligentiam fit scropha diaboli.

Cap. 57.

ECcè qualis est ordo. Nā qui non manducat carnem Christi, neq; bibit eius sanguinem, procul dubio nec vitā habet in se manentē. Et quicunq; indignè comederit, non virtutem carnis, sed iudicium sibi famit. Porrò si quis peccator est, & iam peccare desijt, licèt hœdus, ei tū caro Christi sacramentū efficitur: vt per hoc & ipse ad verā innocentiā redeat, & inter agnos à dextris cōnumeret. Illi verò, qui semper deinceps post lauacrū, protegēte Deo, in corpore māserunt, nullis obuoluti criminib9, dignè accipiūt agni carnes, & potātur sanguine. Veruntamē & si ita loquimur, non æstimandum quòd hic aut ille aliud accipiat, *1. Cor. 11*

K 2 quàm

quàm Christi carnem & sanguinem: quia nec hœdus dicitur, nisi dispẽsatiuè ob mysticam significationem: ita nec agnus, nisi vt ille intelligatur verus aduenisse agnus, q̃ ex lege multotiès præfigurabatur, & vera mentis innocentia per eum cunctis patesceret. Cæterùm quãuis hœdus dicatur, mihi pro qualitate meriti & obfuscatione delicti, tanti est omnino precij pro mundi vita, quãti est & caro Christi, nimirum q̃ nihil aliud est mihi quàm caro Christi. Sed ideo rursus hœdus fit pœnitenti pro mysterio, vt maledicta facinorum & peccata expiet, sicuti & agnus leuiora quæq;. Hinc & priùs canitur, AGNVS DEI, quàm comedatur: quatenùs per hoc fides incalescat, quia ipse est caro immolata pro nobis, vt tollat rursus peccata mundi. Implet autem hoc sacramẽtum, ad expiationem pro peccatis nostris, ea quæ demum contraximus, si nos cõsentit ab his, & ita comedimus, vt iubet, in vna scilicet domo, quæ est sancta Dei viui ecclesia, extra quã nulli fas est edere agni carnes. Neque crudum Exo.12. quid ex his, aut coctum aqua, sed assas carnes agni passionis Christi, cum lactucis agre-

agrestibus absque fermento, id est, in azymis syncertatis & veritatis eas comedamus 1.Cor.5.
absque fermento corruptionis. Deinde, probet se vnusquisque, & vt praecipitur, sic se
agat. Renes nostros, inquit, accingetis: quia Exo.12.
haec sunt vitae semina, quibus virgines generantur. vndè constat, quòd nulli periculosiores cótingunt, quàm luxuriosi & incesti, propterea primùm hoc loco & lex
castitatis in renibus, quorum scrutator est
Deus, per se ipsum adhibetur. Nam si qui
vxoribus debitū reddunt in lege, non pos 1.Reg.21.
sunt ad Deum neque ad panes propositionum, neque ad villa legis consecrata, nisi
priùs saltem triduo, vel eo ampliùs, sanctificentur, accedere: quanto magis, si volumus panem illum qui de caelo descendit,
& agni Dei carnes dignè comedere, ab
omnibus peccati operibus vacare, purificationemq́; mentis ad Deum dirigere? Et
calceaméta, inquit, habebitis in pedibus, Exo.12.
ne, dum fumus in via istius saeculi, à serpente mordeamur. Et baculum in manibus. Psal.22.
De quo legitur in Psalmo: Virga tua & baculus tuus, ipsa me cósolata sunt. Quibus
ita praemissis, Sic, ait, comedetis illum festi- Exo.12.

 nan

nentes. Est enim phase, id est, transitus domini. Alioquin desiderio torpentes, & hic in seculi estibus remorantes, non dignè comedunt pascha, videlicet carnes agni, & ideo satis timédum talibus, ne cum Aegyptijs nocte perimātur, dum sopore peccati perimuntur: vastantur enim ab angelo, quorum mētes agni sanguine non sunt respersæ, tā exterius in carne, quàm & intus in conscientia. Soluentur verò lumbis succincti, & calceati pedibus, baculo Christi sustentati, ad patriam hinc quanto summo mentis ardore vel desiderio festinantes. Est enim phase, id est transitus domini. Putas ergo charissime, quòd letetat Deum illius conscientia, non dico, si criminibus est obuoluta, verùm ignauiæ si torpeat? Patet igitùr, quòd nisi desiderio cælestis patriæ ad superna, vbi Christus in dextram patris, fide plenissima & spe certa, necnon charitate non ficta festinus transeat, de agni carnibus iure non comedit, quia legē in hoc iubentis violat. Propterea quotiès ea percipimus, attollamus mentes in desiderium, & per ardorē fidei festinemus ad tātam societatem visionis: quia nimi-

Margin notes: *perimuntur*; Col. 3.

nimirùm hîc gustus est, illic autē satietas. Satiabimur, ait propheta, dum manifestabitur gloria tua. Transit ergo Christus in nobis de hoc seculo ad patrem: trāseamus & nos in illo, quia cum illo simul omnes, si eius membra connumeramur, vna persona & vnum corpus sumus. Qui autem adhuc resident per desiderium super ollas carnium & negligentiam, nōn cum illo transeunt neque festinant ad patrem: idcirco pascha nunquam rite celebrāt, quia pascha à transitu nominatur. Vndè vororum filij, transeamus hinc festinātes succinctis mentibus & calceatis in preparatione euangelij pacis pedibus, vt ad illa resurrectionis gaudia quantocitiùs venire valeamus. Psal. 16. Exod. 16.

CAPITVLA, QVOMODO SIT TRINITAS IN VNITATE.

¶Hucusq; de eucharistia, nunc verò qualiter sit trinitas in vnitate, & Vnitas in trinitate, & de baptismo Christi in Iordane: & quia hęc omnia ad eucharistiam pertinẽt, disputatur. gaudeamus, quia pro nobis est.

CAPVT PRIMVM.

EVANGELICA lectio ppo suit nobis, vndè loquamur ad charitatem vestram, tanquam domini imperiũ, & verè domini imperio. Ab illo enĩ expectauit cor meum tanquam iussionem proferẽdi sermonis, vt hinc intelligere loq̃ me velle quod recitare ipse vellet. Audiat ergo studium & deuotio vestra, & adiuuet apud ipsum dominum Deum nostrum, laborem meum. Videmus enim, & tanquam proposito diuino spectaculo contuemur, apud flumen

for intelligeretis

men Iordanem cõmendari nobis dominũ nostrum in trinitate. Cùm enim veniret Iesus, & baptizatus esset à Ioanne, dominus à seruo suo, quod fecit ad humilitatis exemplum, in ipsa quippe humilitate ostendit implere, quando dicente sibi Ioanne: Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Respondit: Sine modò, vt impleatur omnis iustitia. Cùm ergo baptizatus esset, aperti sunt cæli, & descendit super eum spiritus sanctus in specie colūbæ. Deindè vox desuper audita est, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè sensi. Habemus ergo distinctã quodam modo trinitatem, in voce patrẽ, in homine filium, in columba spiritum sanctum. Hoc quidem cõmemorare opus erat. Nam videre facillimum est. Euidenter enim nec vllo dubitatis scrupulo cõmendatur hæc trinitas, cùm ipse dominus Iesus Christus in forma serui veniens ad Ioannem, vtiq; filius est, non enĩ dici potest, quòd pater est, aut dici potest quòd spiritus sanctus. Venit, inquit, Iesus, vtiq; filius Dei. De columba quis dubitet, aut quis dicat, quid est colūba, cùm ipsum euãgelium testatur apertissimè, De-

Matt. 3.

Ibidem.

 scendit

scendit super eum spiritussanctus in specie columbæ? De voce autem illa similiter nulla dubitatio, q̃ pater sit, cùm dicit, Tu es filius meus.

¶ Quòd quanuìs timidè, tameo dicat quis separabilem trinitatem.

CAP. II.

HAbemus distinctam trinitatem, & sic consideremus loca, audeo dicere, quãuis timidè, id dicam tamen, cùm Iesus venit ad fluuiũ, ex alio loco in aliũ locũ colũba de cælo descendit ad terrã, De alio loco in alium locũ vox ipsa patris, nec de terra nec de aqua sonuit, sed de cælo. Tria hæc quasi separantur locis, separantur officijs, separant̃ operib⁹. Dicat mihi aliquis: Ostende inseparabilẽ. Meméto catholicũ te loq. Fides enĩ nostra, id est, fides nostra. fides recta, fides catholica, non opinione præsumptionis, sed testimonio lectionis collecta, nec hęretica temeritate incerta, sed apostolica veritate fundata, hoc insinuat, hoc nouim⁹, hoc credim⁹, hoc & si nõ videmus oculis, nec adhuc corde, quãdiu fide mũdamur, ipsa tñ fide certissimè & hac robustissimè retinem⁹, patrẽ & filiũ & spiritum

for. hoc &

ritumſanctũ, inſeparabilem eſſe trinitatẽ: Vnum Deum, non tres deos: Ita tamẽ vnũ Deũ, vt filius non ſit pater, vt pater non ſit filius, vt ſpiritusſanctus nec pater ſit, nec filius, Sed & patris & filij & ſpiritus hãc ineffabilẽ diuinitatẽ apud ſeipſam manentẽ, oĩa innouantẽ, creantẽ, mittentẽ, recreantẽ, iudicantẽ, liberantem: Hanc ergo trinitatẽ, ineffabilem ſimul nouimus & inſeparabilem.

¶ Quòd hi tres, pater, filius & ſpiritusſanctus, non ſimul, ſed ſeorſum veniunt. CAP. III.

Quid ergo agimus? Eccè ſeorſum venit filius in homine, ſeorſum ſpiritusſanct' de cęlo deſcẽdit in ſpecie columbę, ſeorſum vox de cęlo ſonuit: Hic eſt filius meus. Vbi eſt inſeparabilis trinitas? fecit vos p me Deus intẽtos, & quaſi aperientes ſinũ, donec ipſe, vndè aperuiſtis, impleat. Cõlaborate nobiſcũ, videtis enĩ qd ſuſcepetim'. Nõ ſolũ qd, verũetiã q vndè voluimus dicere, vbi poſiti in corpore, qd corrumpitũ & aggrauat aĩam, & deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitãtẽ. Quã ergo iſtũ ſenſum à multis extra & ad vnũ Locus obſcurus. Sap. 9.

Deum

Deum trinitatem inseparabilem colligo, vt aliquid videam quod dicā: putás ne hoc corpore, quod aggrauat animā, vt aliquid vobis dignè eloquar, potero dicere: quo-
Psal. 24. niam ad te leuaui animā meā, adiuuet me, leuet eam meecum. Nam infirmus sum illi, & grauis est mihi. Solet quæstio ab studiosissimis fratribus proponi, solet in amatorum verbi Dei sermone versari, solet pro hac multùm pulsari, ad Deum dicentibus hominibus: fecit aliquid pater, quod nō fecit filius: aut facit aliquid filius, quod non facit pater. Interim de patre & filio dicamus. Cùm autem hinc expedierit conatū
Psal. 26. nostrū, cui dicimus, Adiutor meus es tu, ne derelinquas me: intelligitur etiam spiritus sanctus ab oratione patris & filij nequaq̄ discedere.

¶ Verùm aliquid facit pater, quod non facit filius: aut filius, quod non facit pater.

CAP. IIII.

DE patre ergo & filio fratres audite. facit aliquid pater sine filio? Respōdebimus, non. An dubitatis? quid enim facit sine illo, per quem facta sunt omnia? Omnia,

Omnia, inquit, per ipsum facta sunt. & in- Ioan. 1.
sultis tardis, duris, litigiosis, addidit: Et si-
ne ipso factũ est nihil. Quod igitur fratres
omnia per ipsum facta sunt, intelligimus
vtiq; vniuersam creaturam factã per filiũ,
fecisse patrem per verbum suum, Deũ per
virtutem & sapientiam suam. Nunquid di-
cturi sumus, omnia quidẽ, quando creata
sunt, per ipsum facta sunt: sed nunc nõ oĩa
per ipsum facit pater? Absit. Recedat hæc
cogitatio à fidelium cordibus, abigatur à
sensu deuotorum, ab intellectu piorũ fieri
non potest, vt per ipsum creauerit, & non
per ipsum gubernet. Absit, vt sine ipso re-
gatur quod est, quando per ipsum factum
est vt esset. sed & hoc testimonio scripturę
doceamur, non solùm per ipsum facta &
creata omnia, sicut ex euangelio cõmemo-
rauimus, Omnia per ipsum facta sunt, & Ioan. 1.
sine ipso factũ est nihil: sed per ipsum etiã
regi & disponi quæ facta sunt. Agnoscitis,
credo, Christum Dei virtutem & Dei sa- 1. Cor. 1.
pientiam, agnoscite dictum Dei sapientiã,
Attingit à fine vsque ad finem fortiter, & Sap. 8.
disponit omnia suauiter. Non ergo dubi-
temus per ipsum regi omnia, per quem fa
cta

cta sunt omnia. Nihil itaq; pater sine filio, & nihil filius sine patre facit. Occurrit quæstio, quã in noĩe Domini & voluntate soluendã suscepimus. Si nihil facit pater sine filio, & nihil filius sine patre: nonne quasi consequens erit, vt & patrem dicamus natum de virgine Maria, patrem passum sub Pontio Pilato, patrem resurrexisse & in celũ ascẽ-
Psal. 115. disse? Absit, non hoc dicimus, quia nõ hoc
2. Cor. 4. credimus. Credidi enim, propter quod locutus sum. & nos credimus, propter quod & loquimur. Quid est de fide? quia filius de virgine natus, non pater. Quid est in fide? Quia filius passus sub Pontio Pilato, & mortuus, & nõ pater. Excidit nobis, quosdam malè intelligentes, vocari Patripassianos, qui dicunt ipsum patrem, natũ ex fœmina, ipsum patrem passum, ipsum esse patrem, qui est filius: Duo esse nomina, non res duas: & remouit istos ecclesia catholica à communione sacrorum, ne aliquem deciperent, vt separati litigarent. Reuocemus ergo difficultatem quæstionis sensibus nostris. Dicat aliquis mihi: Tu dixisti nihil patrem facere sine filio, neque filium sine patre: & testimonijs de

Patripassiani.

scri-

scripturis tadhibuisti, nihil patrem facere sine filio, neque filium sine patre, quia omnia per ipsum facta sunt. Nec quod factum est, regi sine filio: quia ipse est sapientia patris, attingens à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Sap.8. Modò mihi dicis, quasi contra te ipsum loquens: Filius natus est de virgine, non pater: filius passus est, non pater: filius resurrexit, non pater. Eccè teneo aliquid facere filium, quod non fecit pater: aut ergo confitere aliquid facere filium sine patre, aut confitere, etiam patrem natum, passum, mortuum, resurrexisse: aut illud dic, aut elige vnum è dunb'. Ego neutrum eligo: nec hoc, nec illud dico: nec aliquid filium sine patre facere dico: quia mētior, si hoc dixero. nec patrem natum, passum, resurrexisse dico: quia nihilominùs mentior, si hoc dixero. Quomodò te, inquit, explicabis ab his angustijs? Placet vobis quæstio proposita? Deus adiuuet, vt placeat & soluta. Eccè quod dico, vt me & vos ab his angustijs dominus liberet, in vna fide stamus in nomine CHRISTI, & in vna domo sub vno domino viuimus, & in

voo

vno corpore membra sub vno capite sumus, & vno spiritu vegetamur. Vt ergo dominus ab his angustijs molestissimæ quæstiõis liberet & me qui loquor, & vos qui auditis, hoc dico.

¶ Quòd filius natus sit de virgine, & non pater: & tamen natiuitatem & pater & filius operatus sit.

CAP. V.

Filius quidem, non pater, natus est de virgine Maria: sed natiuitatẽ filij, non patris, de Maria, & pater & filius operatus est. Non est passus quidem pater, sed filius: passionem tamẽ filij, & pater & filius operatus est. Nõ surrexit pater, sed filius: resurrectionem tamẽ filij & pater & filius operatus est. De quæstione ista videmur iam expediti, sed fortè verbis meis: videamus etiam, verùm verbis diuinis. Pertinet ergo ad me, sanctorum librorũ testimonijs demonstrare, natiuitatem filij & patrem operatum & filium: ita passionem, ita resurrectionẽ: & cùm filij tantùm sit & natiuitas, & passio, & resurrectio, hęc tamẽ tria, quæ ad filium solum pertinent, nec à patre solo facta sint, nec à solo filio, sed à patre vtrãq; & fi-

& filio. Probem singula: iudices, audistis, causa proposita est, testes procedant. Dicat mihi iudicium vestrum, quod solet causas agentibus dici: Doce quod promittis. Doceo planè, adiuuãte domino, & cęlestis iuris recito lectionem. intentè audistis proponentem, audite intentiùs iam probantem. De Christi natiuitate mihi primò docẽdum est, quomodò eam & pater fecerit, & filius fecerit: quis nõ nisi ad filium pertracat, quod fecit pater, & filius. Paulũ recito, idoneum iuris diuini consultum: nam & causidici habent dictantem iura litigatorum, nõ Christianorum. Recito, inquã, Paulum dictantem pacis iura. Ostẽdit nobis sanct Apostolus, quomodò natiuitatẽ filij pater operatus sit. Cum autem venit, inquit, plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant, redimeret. Audistis, quia planum & apertum est, intellexistis. Ecce pater fecit filium nasci de virgine. Cùm enim venisset plenitudo tẽporis, misit deus filium suum, vtique pater Christum. quomodò eum misit? factum ex muliere, factum sub lege. Fecit ergo eum

Gal. 4.

pater ex muliere sub lege? An te fortè hoc mouet, quia ex virgine, dixeram, & Paulus dixit, ex muliere? nõ moueat. non immoremur. neq; enim rudib[9] loquor. Vtrunq; de scriptura dicitur, ex virgine, & ex muliere. Ex virgine quomodò? eccè virgo cõcipiet, in vtero, & pariet filium: ex muliere autem, sicut audistis. Non est contrarium. Proprietas enim locutiõis Hebreæ, mulieres nõ corruptâ virginitate: sed fœminas appellat. Habes euidẽtem scripturam Geneseos, quãdo ipsa prima Eua facta est, formauit eam in mulierem. Dicit etiam alio loco scriptura, iubere Deũ saluare mulieres, quæ non cognouerũt cubile viri. Hoc ergo iam notũ esse debet, nec teneat nos, vt alia quæ meritò tenebut, domino adiuuante, explicare possimus. Probauimus ergo natiuitatem filij à patre factam: probemus & à filio factã. Quid est natiuitas filij de virgine Maria? certè adsumptio formæ serui. Nũquidnam est aliud nasci filio, nisi accipere formã serui virginis in vtero? Audi q hoc & filius fecit. Qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanluit,

Esai. 7. | for. esed corrupta, fœminas. | Gene. 2. | Num. 31. | Phil. 2.

uit, formam serui accipiens. cùm venit plenitudo temporis, misit Deus filium suũ factum ex muliere, qui factus est ex semine Dauid secundum carnem. Videmus ergo natiuitatem à patre factam: sed quia ipso filius semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, videmus natiuitatẽ filij & ab ipso filio factam. Probatum est hoc. transeamus hinc. Gal. 4. Rom. 8.

¶ Quòd filius sit passus, non pater: passionem autem filij, & pater & filius operatus sit. CAP. VI.

INtento aliud accipite, quod ex ordine sequitur. Probemus & passionem filij, & à patre factam, & à filio factã. †Faciat pater passionem filij, qui proprio filio nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum. Faciat & filius passionem suam, q me dilexit, & tradidit semetipsum ꝑ me. Tradidit pater filium, tradidit filius seipsum. Passio hæc ✶ab uno facta est, ✶ sed ab vtroq; facta est. Sicut ergo natiuitatem, ita passionem Christi nec pater fecit sine filio, nec filius sine patre. Tradidit pater filium, tradidit filius seipsum. Quid hic fecit Iudas, nisi peccatum? Rom. 8. Gal. 2.

¶ Quòd filius resurrexit, non pater: pater autem & filius resurrectionem operatus sit.

CAP. VII.

Transeamus & hinc, veniamus ad resurrectionem. Videamus filium quidem, non patrem, resurgentem: sed resurrectionem filij & patrem & filiũ faciensẽ. Operatur pater resurrectionem filij: propter hoc enim exaltauit eum à mortuis, & donauit ei nomẽ, quod est super omne nomen. Resuscitauit ergo pater filiũ exaltãdo eum à mortuis. Nunquid & filius resuscitauit semetipsum? resuscitat planè. In figura sui corporis de templo dixit: Soluite templum hoc, & in triduo resuscitabo illud. Postremò, sicut ad passionẽ pertinet animam ponere, sic ad resurrectionẽ, animam iterũ sumere. Videamus si filius quidem animam suam posuit, & ei animam suam pater reddidit, non ipse sibi. Pater enim quia reddidit, manifestum est. indè psalmus dicit: Exuscita me, & reddam illis. Sed quia & filius animam suam sibi reddit, qd à nobis expectatis, ipse dicat: Potestatẽ habeo ponendi animam meam. nõ dixit, quod

Phil. 2.
Ioan. 2.
Psal. 40.
Ioan. 10.

quod promisi. ponendi, dixi. sed iam clamatis, quia preuolatis. Eruditi quippe in schola magistri cælestis, tanq̃ lectionis intentè audientes, piè reddentes, quid sequit non ignoratis. Potestatē habeo ponēdi, inquit, animam meã, & potestatē iterum sumendi eam. Nemo tollit illam à me, sed ego pono illam à me, & iterum sumo eam. Exoluentes quæ promisimus, ꝓpositiones nostras firmissimis (vt arbitror) testimoniorũ documētis probauimus. Tenete quod auditis. Breuiter replico, rem vtilissimam, quantũ existimo, mentibus nostris collocandam cõmendo. Pater non est natus de virgine, natiuitatem tamen istam filij & pater & filius est operatus ex virgine. Pater non est passus in cruce, passionem tamen filij & pater & filius operatus est. Non resurrexit pater à mortuis, resurrectionē tamen filij & pater & filius operatus est. Habetis personarum distinctionem & operationis inseparabilitatem.

Locus mutilus.

¶Quòd nihil in operibus suis fecit filius sine patre CAP. VIII.

Non ergo dicamus patrem aliqua operari sine filio, aliquid filiũ sine

 patre.

patre. An fortè miracula q̃ fecit Iesus, mo-
Ioan. 14. nẽt nos, ne fortè aliqua ipse fecerit, q̃ non fecit pater? & vbi est, Pater in me manens facit. Hæc quæ diximus, plana erant. tãtùm dicenda erant, non laborandũ vt intelligerentur, sed curandũ vt commemorarentur. Aliquid adhuc volo dicere. Vbi verè & acriorem intẽtionem nostram requiro, & deuotionem apud Deum. Etenĩ locis corporalibus non tenentur nec occupantur nisi corpora. Vltra locos corporales est diuinitas. Nemo eam tanq̃ spatio requirat, vbiq; inuisibilis & inseparabiliter adest, non in parte maior, in parte minor, sed vbique tota, nusquam diuisa. Quis videt hæc? Quis capit hoc? compescamus nos, meminerimus qui, vndè loquamur, Illud quicquid est quod Deus est, piè credatur, syncerè cogitetur, & quantum datur, quantum potest, ineffabiliter intelligatur. Quiescant verba, cesset lingua, cor excitetur, cor illuc leuetur. Non enim illud quod in cor hominis ascẽdit, sed quo cor hominis ascendat. Attendamus creaturam, inuisibilia enim eius, à creatura
Rom. 1. mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspi

conspiciuntur: ne fortè in his quæ fecit Deus, in quibus habemus quandam consuetudinis * familiarem, inueniamus aliquam similitudinem, vndè probemus esse aliqua tria, quæ tria separabiliter operentur. Eia fratres adestote, & toto animo, videte priùs quid promittam, ne fortè in creatura inueniam, quia creator à nobis excelsus est, & fortè quisquam nostrum, cui fulgur veritatis aliquã mentẽ quasi coruscationem præstringit, potest dicere verba illa: Ego dixi in ecstasi mea. Quid dixisti in ecstasi tua? Proiectus sum à facie oculorum tuorum. Psal.115. Psal.30. Etenim videtur mihi iste, qui hoc dixit, leuasse animam meam, diffudisse super se animam suam, cùm ei diceretur quotidiè, Vbi est Deus? Psal.41. peruenisse spirituali quodam contactu ad illam incommutabilem lucem, eam, quæ infirmitate conspectus ferre non valuisse, & in suam quasi ægritudinem atq; languorem iterum recidisse, & comparasse se illi, sensisse adhuc contemperari non posse aciem mentis suæ luci sapiẽtię Dei. Et quia hoc in ecstasi fecerat, arreptus à sensibus corporis, & surreptus in Deum; Ac vbi quodã

modo adeò ad hominem reuocatus, ait: Ego dixi in ecstasi mea. Vidi enim nescio quid in ecstasi, quod diu ferre non potui, & redditus mortalibus membris, & multis mortalium cogitationibus, à corpore quod aggrauat animam, dixi, quòd proiectus sum à facie oculorum tuorum longè deorsum. Quid ergo dicamus fratres de Deo? Si enim quod vis, dicere cœpisti, non est Deus. Si comprehendere potuisti, aliud pro Deo comprehendisti. Si quasi comprehendere potuisti, cogitatione tua te decepisti. Hoc autem non est, si comprehendisti, si autem hoc est, non cõprehendisti. Quid ergo vis loqui, quod comprehendere non potuisti? Videamus ergo ne fortè in creatura inueniamus aliquid, vbi probemus aliqua tria, & separabiliter operari. Quò ibimus? ad cælum, vt de sole, & luna, & sideribus disputemus? ad terram, vt fortè de frutetis, de arboribus, de animalibus terram implentibus? an de ipso cælo, an de ipsa terra, quæ continent omnia, quæ sunt in cælo & in terra? Quãdiu homo circuis creaturã, ad te redi. te vide, te inspice, te discute, in creatura

quę-

quęris aliqua tria, & separatim demōstran
da, & inseparabiliter operantia. Si in crea
tura quæris, prius in re quære. Non enim
tu non es creatura. Similitudinem quęris?
quæsiturus es in pectore. De Deo enim lo
quebaris, cùm quæreres quandam simili-
tudinem. De trinitate ineffabili maiesta-
tis loquebaris, & quia defecisti in diuinis,
tuamque infirmitatem debita humilitate
confessus es, ad humana venisti: ibi discu-
te. Quæris in pectore, quęris in sole, in stel
lis? quid enim horum quæris in te? Homi-
nem enim Deus fecit ad imaginem & simi
litudinem suam. in te quære, ne fortè ima
go trinitatis habeat ex: quæ imago facta lōgè di-
stās. Nō quō imago filius hoc quod pater.
aliter enim imago in filio, aliter in specu-
lo. multū distat in filio, imago tua tu ipse
es. Hoc est enim filius tuus quod tu: natura
& substantia hoc quod tu, persona alius q̃
tu. Non ergo homo imago tanquam vni-
genitus filius, sed ad imaginem quādam,
& ad quandam similitudinem factus. quæ
rat in se aliquid, si posset inuenire tria quę
separabiliter operentur. Quæram? quæri-
te mecum. Non ego in vobis, & vos in me:

Locus obscurus.

 sed

sed vos in vobis, & ego in me cōmuniter, & communem naturam atq; substantiam cōmuniter pertractemus. Vide homo, aduerte si verū est quod dico. Habés ne corpus? habes carnem? habeo, inquis. Nam vndè es? in loco sum. Vndè loco in locū moueor? Vndè verba loquētis audio, nisi per aurem carnis? Vnde os loquētis video, nisi per oculos carnis? habes, cōstat, nec diu satageodum est de re manifesta. Vide aliquid aliud. Vide, quod operatur per carnem. audis enim per aurem, sed non ab aure audis. alius est intus, qui audit per aurem, videt per oculum, ipsum intuere. An domum agnouisti, habitatorem neglexisti? Nunquid videt oculus per seipsum? Nónne alius est qui videt per oculum? non videt oculus mortui, de quo constat corpore habitatorem abscessisse. det oculus de re alia cogitans, non videt faciem præsentis. Respice ergo ad interiorem tuum. ibi enim magis aliqua similitudo quorūdam quærenda est. Quæ similitudo quorūdam trium separatim demonstratorū, inseparabiliter operantiū. Quid habet mens tua: forte si qrā, multa inuenio. sed aliqd quod pro-

ꝓximū eſt, quod faciliùs intelligit. qd habet anima tua int⁹ cõmemora, recole. Nõ enī dicturus ſum, id poſco, vt credatur mihi: noli acceptare, ſi in te nõ inueneris, intuere ergo, ſed primò, quod exciderat, videam⁹. Si homo, nõ filij tm̄ imago eſt, aut pr̄is tm̄ imago eſt: ſed patris & filij, & vtiq; iam cõſequenter & ſpūſſancti. Geneſis loqtur: Faciamus, inqt, hoīem. Non ergo fecit pater ſine filio, nec filius ſine patre. faciamus hoīem ad imaginē & ſimilitudinē noſtrā. faciamus, non faciā, aut feci, ſed faciamus ad imaginē, nõ tuā aut meā, ſed ad noſtrā. Ergo interrogo, diſſimilitudinem. ſedico. nemo dicat. Eccè quid cõparauit Deo. Iam locutus ſum, & ꝓlocut⁹ & cautos vos reddidi, & cautus fui. lõgè iſta diſtãt à ſummis ima, ab incõmutabilibus mutabilia, à creantibus creata, à diuinis humana. Eccè primò hoc cõmendo: quia quod dicturus ſum, lõgè diſtat. Nemo mihi calūnietur, ne fortè ego aures q̄ram, & ille dẽtes paret. Hoc me promiſi exhibiturū aliqua tria, demonſtrata ſeparatim, operata inſeparabiliter: quàm ſint iſta ſimilia vel diſſimilia Trinitati omnipotenti, non nunc ago: ſed in ipſa creatura ima & mutabili

inuenięmus aliqua tria, quæ possint & separabiliter demóstrari, & inseparabiliter operari. O carnalis cogitatio, & cóscietia pertinax atque infidelis, quid de illa maiestate ineffabili in ea re dubitas, quam inuenire non potuisti? Eccè dico, eccè interro-

Memoria. go. O homo, habes memoriam? Si non habes, quomodò tenuisti quod dixi? sed fortè hoc quod paulò antè dixi, oblit⁹ es. hoc ipsum quod dixi, dicò. Duas istas syllabas non teneres, nisi per memoriam. Vndè etiā scires duas esse, si sonante secunda, oblitus esses primam? Quid ergo diutiùs quæris? sic vrgeor quærere, sic cogor conuincere, manifestum est, habes memoriam. Quæro

Intellectus. aliud. Habes intellectum? habeo, inquis. Si non habes intellectum, non agnosceres quod tenuisti. Habes & hoc. intellectum tuum ad id quod int⁹ tenes, reuocas & vides, & videndo formaris, vt sciens dicaris. Tertium quęro. habes memoriam qua teneas quod dicitur? habes intellectum quo intelligas quod tenetur? De his duob⁹ requiro abs te, volens requiro abs te. volens tenuisti & intellexisti? volés planè, inquis,

Voluntas. habes ergo & voluntatem. hæc sunt tria, quæ

quæ me dicturum esse promiserã auribus & mentibus vestris, Tria hæc quæ sunt io te, quę potes numerare, non potes separare. Hęc ergo tria, memoriam, intellectum, voluntatem: hæc, inquam, tria animaduerte separatim, pronuntia, inseparabiliter operari. Adest dominus, & video quòd adsit. Ex intellectu vestro intelligo eum adesse. Ex his enim vocibus vestris, quemadmodũm intellexeritis, aduerto. Præsumo eum adiutorem, vt omnia intelligatis. Tria promisi separabiliter demonstrari, inseparabiliter operari. Eccè nesciebã qd esset in animo tuo: demonstrasti mihi, dicendo, Memoriã. hoc verbum, sonus iste, vox ista processit ad aures meas ab animo tuo. hoc enĩ quod est, memoria tacitè cogitabas, & non dicebas. Erat enim, nondũ venerat ad me. Vt autem quod erat in te, proferretur ad me, dixisti ipsum nomen, id est, memoriam. audiui quatuor has syllabas in nomine memoriæ, audiui quatuor: syllabæ, nomen est, vox est, Sonuit aurem meam, processit mentem aliquid insinuauit. quod sonuit, transijt vndè insinuatum est, quod insinuatum est, manet. Sed hoc

Locus intricatissimus.


 hoc q̃ro, q̃n dixisti hoc namẽ memoriæ?
Vides certè q̃a hoc nomẽ nõ pertinet nisi
ad memoriã. Cætera enĩ duo habent noĩa
sua. Nanq; illud vocaẽ intellectus, nõ me-
moria. aliud aũt vnũ vocaẽ memoria. Sed
vt hoc diceres, vt q̃tuor istas syllabas ope
rareris, vndè operatus es hoc nomẽ quod
pertinet ad solã memoriã? Operata est in
te & memoria, vt teneres quod dicebas: &
intellect⁹, vt scires quod tenebas. Gratias
dño Deo nño, adimit nos & in nobis. Verè
dico charitati vřæ, hoc discutiendũ & in-
sinuãdũ trepidissimè aggressus erã. Metue
bã ne fortè lætificarẽ capaciũ ingeniũ, & fa
cerẽ graue tardiorib⁹ tediũ. Nũc aũt video
vos & attẽtione audiẽdi, & celeritate intel
ligẽdi, nõ solũ percepisse dictum, sed puo
lasse dicturũ gr̃as dño. Videte ergo, iam se
curus cõmendo qd intellexistis, nõ occul-
to incognitũ, sed repeto & cõmendo per-
ceptũ. Eccè de trib⁹ illis vna res noĩata est,
vnius rei nomẽ est, vns⁹ ex illis trib⁹. Tria
ipsa operata sunt, nõ potuit dici sola me-
moria, nisi operante voluntate, intellectu,
& memoria. Nõ potest dici sol⁹ intellect⁹,
nisi opante memoria, volũtate, intellectu.
Nec potest dici sola volũtas, nisi operante
memoria & intellectu & volũtate. Explicẽ


ta sunt, vt arbitror, q̃ pmissa sunt, q̄ separatum pnunciaui, inseparabiliter opari. vnũ horũ nõim tria fecerũt. sed tamẽ hoc vnũ quod tria fecerũt, nõ ad tria ptinet, sed ad vnũ. Tria fecerũt nomẽ memorię, sed hoc nõ ptinet nisi ad solã memoriã. Tria fecerunt nomen intellectus, sed non pertinet, nisi ad solum intellectum. Tria fecerunt nomẽ voluntatis, sed non pertinet nisi ad solã voluntatem. Ita trinitas fecit in carnẽ Chri, sed nõ ptinet nisi ad solũ Chrm. Tria fecerũt de cælo vocẽ, sed nõ pertinet vox nisi ad solũ patrẽ. Nemo ergo mihi dicat, nemo calumniosus me infirmum vrgere conetur: Quid ergo in his tribus, quæ in mente nostra vel in anima esse ostendisti? quid ex tribus pertinet ad patrem, id est, quasi ad similitudinem patris? quid horum ad filij? quid horum ad spiritussancti? non possum dicere, nõ possum explicare. Aliqd & cogitantibus relinquamus, aliqd ex silentio largiamur. Redi ad te ab omni strepitu, tolle te intra te. vide, si habes illic aliquod secretariũ dulce cõsciẽtię tuę, vbi nõ pstrepas, vbi nõ litiges aut lites pares, vbi nõ dissensiões & peruicaciam mediteris. Esto mansuetus ad audiendum verbum, vt intelligas. fortè dicturus, Auditui Eccl.5. Psal.50.


meo dabis exultationem & lætitiam. exul
tabunt ossa, sed humiliata, non elata. Suffi
cit ergo, quia ostédimus esse tria quædam
separabiliter demonstrari. si hoc in te in-
uenisti, si hoc in homine, si hoc in quadã
persona in terram ambulãte, in corpus fra
gile, quod aggrauat animam adhuc por-
tantem, crede posse patrem & filium & spi
ritumsanctum per signa quędã visibilia,
per species quasdam assumptæ creaturæ
posse & separabiliter demonstrari, & inse
parabiliter operari. sufficit hoc? nó dico.
pater, memoria est: filius, intellectus est:
spiritussanctus, volũtas est. nó dico. quo-
modolibèt intelligatur, non audeo. serue-
mus maiora capientibus, infirmis infirmi
quod possumus. Nó ista dico illi trinitati
velut æquãda, quasi ad analogiam, id est,
ad rationem quandam comparationis di-
rigendam. non hoc dico. Sed quid dico?
Eccè inueni tria separabiliter demonstra-
ta, inseparabiliter operata, & eorũ trium
vnum quodq; nomina tribus factum: quod
tamen nó à tria, sed à trium horum vnum
aliquid pertinere. Crede iam ibi quod nó
potes videre, si hic & audisti, & vidisti, &
tenu-

conuisti. in eo enim quod est, potes nosse 177
in eo, qui eo fecit. quid est quicquid est
quando potes nosse? et si poteris, non-
dum potes. Et tamen cum poteris, num-
quid sic poteris nosse deum, quomodo
se nouit deus? sufficiat ergo istud uo- uestrae
bis: quod potuimus, diximus. exigen-
tibus promissa reddidimus. ceterum
quae addenda sunt, ut perficiantur
sensus uestri, a domino quaerite. uestri

finis 21









DE CORPORE ET SANGVINE DOMINI, DIVI Augustini sententia.

TOTVM ergo quod oblatiõe dominici corporis & sanguinis agitur, mysterium est. Aliud enim videtur, aliud intelligitur. Quod videtur, speciẽ habet corporalem: quod intelligitur, fructum habet spiritualem. Sciendum verò est, quòd eundem calicẽ dominici sanguinis, iuxta obseruantiam ecclesiæ catholicæ apostolis traditam, nisi mixtum aqua, offerri non licet: quia vnum fiunt in redemptionis nostræ mysterio, cùm ait: Non bibam amodò de hoc genimine vitis. Et de latere eius quod in lancea transfixum est, aqua cum sanguine egressa, vinum de vera carnis ei⁹ vite cum aqua expressum ostendit. Hæc sunt enim sacramenta ecclesiæ, sine quib⁹ ad vitam, q̃ vera vita est, nõ intratur. Ille sanguis Matth. 26.

guis in remissionem fusus est peccatorũ, aqua illa salutare tẽperat poculũ: hæc & lauacrum præstat & potum. Hoc totũ dominicæ oblationis mysterium, quãta pietate & amore agendum sit, cõmendat ipse dominus dicendo: Hæc quotiescunq; feceritis, in mei memoriam facietis. Quod exponens Apostolus ad Corinthios, ait: Quotiescunq; enim mãducabitis panẽ hunc & calicẽ bibetis, mortẽ dñi annũciabitis, donec veniat.

Matt. 26.

1. Cor. 11.

Illius ergo panis & calicis oblatio, mortis Christi est cõmemoratio & annunciatio, quæ non tam verbis, q̃ ipsis mysticis rebus agitur, per quæ nostris mẽtib' mors illa preciosa altiùs & fortiùs cõmendatur. Quid est enim mortis Christi cõmemoratio, nisi charitatis eius cõmendatio? quam nobis beatus euangelista Ioannes cõmendans, ait: Sciens Iesus quia venit hora eius vt transeat ex hoc mundo ad patrẽ, cùm dilexisset suos, q erãt in mũdo, in finem dilexit eos, id est, vsq; ad mortem eum dilectio illa perduxit: quia tantùm dilexit eos, vt moreretur propter eos. Hoc enim testatus est, dicens: Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam

Ioan. 13.

Ioan. 15.

ponat

ponat qs pro amicis suis. Propterea & iturus ad passionem, & per resurrectionis atque ascensionis gloriã discessurus è mundo, hoc sacramentum vltimum discipulis tradidit, vt memoria tantæ charitatis, per quam solam saluamur, arctius eorum mentib' infigeret, quatenus semper memores simus, & quales & quantum ab eo dilecti sumus, & de nobis gloriemur, quãtum vt de illo speremus, quod vtrunque diligenter Apostolus exponit & inculcat, dicens: Rom. 5.
Vt quid enim Christus, cùm adhuc infirmi essemus, secundum tempus pro impijs mortuus est? Et post paululũ dicitur: Commendat aũt (inquit) suam charitatem Deus in nobis: qm̃ si cũ adhuc infirmi & peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est: multo magis iustificati nũc in sanguine ipsius, salui erim' ab ira per ipsum. Ibidem.
Hoc ergo agendum, hoc frequentandum commendauit ecclesiæ, quousq; veniat in fine seculi, quando erit sanctorum requies, non adhuc in sacramento spei, quo in hoc tempore consociatur ecclesia, quandiu bibitur quod de Christi latere manauit: sed iam in ipsa perfectione salutis æter

næ cum tradetur regnum Deo & patri, ut illa perspicua contemplatione incommutabilis veritatis nullis mysterijs corporalibus egeamus. Erat enim antea, secundum ordinem Aaron, Iudæorum sacrificium in victimis pecorum, & hoc in mysterio. Nondum namque erat sacrificium corporis & sanguinis domini, quod fideles nôrunt, & qui euangelium legunt. Quod sacrificium nunc diffusum est toto orbe terrarum per-
Psal. 109. cum, de quo scriptum est, Iurauit dominus, & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Et hoc de domino Iesu Christo dictu esse, quia voluit esse salutem nostram in corpore & sanguine suo, quæ commendauit nobis de humilitate sua. Nisi enim esset humilis, non manducaretur, nec biberetur.
Ioan. 1. Respice altitudinem ipsius. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Ecce cibus sempiternus, sed manducant angeli, manducant supernæ virtutes, manducant cælestes spiritus, manducant & saginantur, & integrum manet, quod nos satiat & lætificat. Quis autem homo peruenire posset ad illum cibum

hum? vndè cor idoneum illi cibo? oportebat ergo vt mensa illa lactesceret, vt paruulis prouenıret. Vndè fit cibus lac? vndè cibus in lac conuertitur, nisi per carnem traijciatur? Nam mater hoc facit: quod mãducat mater, hoc manducat infans. Sed quia infans est minùs idoneus qui pane vescatur, ipsum panem mater incarnat, & per humiditatem mamillę in lactis succũ, de ipso pane pascit infantem. Quomodò ergo de ipso pane pascit nos sapientia Dei? quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Videre ergo humilitatem, quia Ioan, 1.
panem angelorum manducauit homo, vt scriptum est: Panem cæli dedit eis: panem Psal. 77.
angelorum manducauit homo, id est, verbum istud quo pascuntur angeli, sempiternum, quod est æquale patri, manducauit homo: quia cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo. Saginãt illo angeli, sed semetipsum exinaniuit, vt mãducaret panẽ angelorũ homo: formã serui accipiẽs, in similitudinẽ hoim fact?, & habitu inuẽt? vt homo, humiliauit se factus obediens vsq; ad mortẽ, mortem

autem

autem crucis: vt iam de cruce commendaretur, caro & sanguis domini nouũ sacrificium, quódo inquebatur dominus noster Iesus Christ' de corpore suo. Nisi (inquit) quis manducauerit carnem meam, & biberit sanguinem meum, nõ habebit in se vitam. Caro enim mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Intellectus spũalis credentem saluum facit: quia litera occidit, spũs est qui viuificat. Discipuli ẽm eius qui eum sequebantur, expauerunt, & exhorruerunt sermonem, non intelligentes, & putantes nescio quid durum dicere dominum nostrũ Iesum Christum, quòd carnem eius quam videbant, manducaturi erant, & sanguinem bibituri, & non potuerunt tolerare. Sed ipse cùm cõmendaret ipsum, corp' suum & sanguinem suum accepit in manus suas, quod nôrunt fideles, & ipse se portabat quodãmodò cùm diceret: Hoc est corpus meum. Quia cùm commendat corpus & sanguinem suum, humilitatem suam commendat. Ipsam ẽm humilitatem suam, docuit domin' noster in corpore & sanguine suo sapientia Dei, quam videbimus facie ad faciem, sic omes vide-

videbimus, & nemo zelabit, omnibus se exhibet, & integra est, & casta est omnibus: illi mutãtur in eam, & ipse in eos non mutatur. Ipse est veritas, ipse est Deus. Veritas est, verbum Dei est, sapientia Dei est, per quem facta sunt omnia, qui dixit: Potestatem habeo ponendi animam meam. Ioan.10. Ipsa est humilitas domini nostri Iesu Christi, ipsa multùm commendatur hominibus. Ad ipsam nos hortatur, vt viuamus, sicut dicitur in Canticis canticorum: Venies, & pertransies. Ab initio fidei venturi sumus facie ad faciem, sicut scriptum est: Dilectissimi, filij Dei sumus, & nõdum apparuit quid erimus. 1.Cor.13. Scim⁹ quoniam cùm apparuerit, similes ei erimus: quoniam videbimus eum sicuti est. Videmus nũc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Antequàm ergo videam⁹ facie ad faciem, quod vidẽt angeli, opus est nobis accedere ad hanc humilitatem, & adhærere huic humilitati, quam commẽdat nobis dominus noster Iesus Christus, cùm commendat corpus & sanguinem suum celebrare. Quam humilitatem pro nobis suscipere dignatus est, cùm verbum caro

factum

Psal. 33.

factum est. Accedite ergo ad eum, & illuminamini. Accesserunt Iudæi, vt tenebrarentur: accesserunt enim ad illum, vt crucifigerent. Nos ad eum accedamus, vt corpus & sanguinem eius accipiamus: illi de crucifixo tenebrati sunt: nos manducando & bibendo crucifixum, illuminamur. Ecce gentibus datur crucifixus Christus, vnde accedunt gentes fide sectando, corde inhiando, charitate currendo. pedes tui, charitas est, duos pedes, id est, dilectionem Dei & proximi habe, vt non sis claudus, & istis duobus pedibus curre ad dominum. Sed dicit aliquis, quomodo ad eum accedo? tantis malis, tantis peccatis oneratus sum, tanta scelera clamant de cõscientia mea, quomodo audeo accedere ad eum? quomodo? Si humiliauaris te per pœnitentiã,

Matt. 5.

& emundaueris cor tuum. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Aufer inde cupiditatum sordes, aufer labem auaritiæ, aufer tabem superstitionum, aufer sacrilegia & malas cogitationes, aufer odia, non dico solum aduersus amicum, sed etiam aduersus inimicum. Aufer illa, quæ dicit dñs in euangelio de corde procede-

cedere. De corde (inquit) enim exeunt cogitationes malæ, adulteria, fornicationes, immunditiæ, periuria, falsa testimonia, & reliqua quæ coinquinãt hominem: & age pœnitentiam. Pœnitentia autem & munditia cordis, facit te accedere ad Deum, & recipere stolam priorem, quam perdidit prodigus filius, substantia, quã à patre suo acceperat, dissipate, cum meretricibus viuendo luxuriosè. Hæc autem substãtia nobis est à Deo accepta. Omẽ quod viuimus, sapimus, cogitam⁹, in verbũ prorũpimus, & in dissipatione huius substantiæ stolam perdidimus, id est, vestem spũssancti, vestem nuptialem, vestem innocẽtiæ, quam q non habuerit, non potest regis interesse conuiuio: quam homo benè conditus accepit: & à serpente malè persuasus perdidit, quamq; in baptismate recepimus, sed & post baptisma per dignos pœnitentiæ fructus gratiam Dei percipimus. Et occiditur nobis vitulus saginatus, qui pro pœnitentis immolatur salute, id est, ipse saluator cuius quotidiè carne pascimur, cruore potamur. Quotidiè pater filium recipit, semp Chrs credẽtib⁹ immolatᷓ, de quo di-
Matt. 15.

Luc. 15. Ite, adducite vitulum saginatum, id est, prædicate occisum, & offerte in sui mysterio immolandum. Et quotidiè, id est, peccatoribus mortuum credite. Et quotiescunque ei hostiam suæ passionis offertis, totiès ad absolutionem vestram passione illius reparari confidite. Epulemur itaque, id est, in remissionem peccatorum nostrorum, carnem & sanguinē eius fideliter credentes sumamus. Igitur sicut scriptum est,
Psal. 33. Gustate & videte, quoniam suauis est dominus: qui dixit, Nisi quis manducauerit
Ioan. 6. carnem meam, & biberit sanguinem meum, nō habebit in se vitam. Si autem non intellexeris, quomodò non intellexerunt qui dixerunt: Quomodò ipse poterit nobis dare carnem suam mãducare? Sicut legitur in titulo psalmi 53. immutabit faciē suam Dauid, id est, Christ⁹, & recedet à te, & dimittet te, & abiet. Beatus autem vir qui sperat in eo. Quisquis non sperat in domino, miser est: q sperat in se aut in alio aliquo homine, & ille miser est. Verè magnus dominus, & misericordia eius. Verè q nobis dedit manducare corpus suum, in quo tanta perpessus est, & sanguinem bibere,

qui

qui est ,ppiciatio peccatorū nostrorum, quia in peccatis suis moriuntur, qui per eum Deo non reconciliantur:& non derelinquet omnes qui sperant in eum. Iste est modus humanæ iustitiæ, vt iuxta mortalis quantumlibet proficiat, quia sine delicto esse non potest: in hoc nō delinquit, dum sperat in eum, in quo est remissio delictorum, quæ non fit nisi per sanguinem Christi. Grandis enim maiestas, & grandis potentia est sanguinis Christi, quo soluit manum diaboli, & redemit nos de manu ipsius inimici. Quomodò enim sunt aliqua animalia, & stringunt aliquid intra se inclusum, hoc dicūt & medici & physici, vt nisi factum fuerit, à se non diuidetur, nec dimittit illud quod intrinsecus clausum tenet. Si autem missum fuerit oleum, statim dissoluitur, & quod strictū fuerat, dissipatur, & diuiditur in partes: sic & manum durissimā diaboli soluit sanguis Christi. Nolebat nos dimittere diabolus, sanguinem suum fudit dominus quasi oleum misericordiæ, & per ipsum nos liberauit. De hoc oleo misericordiæ Christi, ,p Prophetam dicitur: Computrescet iugum à facie Esa.10.

Q olei.

olei. Sub iugo quippe tenebamur diabolicæ dominationis, sed vncti sumus oleo spiritus sancti, quo de immaculata virgine conceptus & natus est Christus, per cuius sanguinem, & à iugo dominationis diabolicæ sumus redempti, & à peccatis omnibus emundati, vt dicit Ioannes apostolus: Sanguis Iesu Christi filij Dei viui, emundat nos ab omni peccato. Sacramentum namq; dominicæ passionis, & præterita nobis omnia in baptismo pariter peccata relaxauit, & quicquid quotidiana fragilitate post baptisma commisimus, eiusdem nostri redemptoris nobis gratia dimittit: maximè cum inter opera lucis quæ facimus, humiliter quotidiè nostros illi confitemur errores, cum sanguinis illius sacramenta percipimus, cum dimittentes debitoribus nostris, nostra nobis debita dimitti precamur, cum passionis illius memores, libenter aduersa quæque toleramus. Fidelis est Deus, qui nõ mittit nos tētari supra id quod possumus sufferre. Quicquid enim homo passus fuerit, pro nomine Christi, & pro spe vitæ æternæ, & permanens tolerauerit, maior ei merces dabitur. Qui successerit diabolo, cum ei

1. Ioan. 1.

1. Cor. 10.

lo condénabitur. Sed opera misericordiæ cum pia humilitate impetrāt à dño, vt nō permittat seruos suos tentari, plusq̃ possie sustinere. Gustate & videte qm̃ suauis est dñs: qm̃ beatus vir q sperat in eo. Et audiamus vera esse, magistrū diuinū redēptorē cōmendantē nobis preciū nostrū, sanguinem suū. Locutus est nobis de corpore & sanguine suo, cōmendans talem escam & talem potum: Nisi mãducaueritis carnem meam, & biberitis sanguinē meū, non habebitis vitā in vobis. Et hoc dixi de vita. Quis alius, q̃ ipse, vita? Erit autem illi homini mors, non vita, qui mendacem putauerit vitam. Ergo de corpore ac de sanguine suo, dedit nobis salubrem refectiōem. Manducēt ergo q mãducāt, & bibant qui bibunt: esuriant, & sitiant: vitam manducent, vitam bibant: illud manducare: reficeris. sed sic reficeris, vt non deficiat, vndè reficeris. Illud bibere quid est nisi viuere? manduca vitam: bibe vitam, habebis vitam, & integra est vita. Tunc autem hoc erit, id est, vita vnicuique erit corpus & sanguis CHRISTI. Si quod in sacramento visibiliter sumitur, in ipsa veri-

Psal. 33.

Ioan. 6.

tate spiritualiter måducetur, spiritualiter
bibatur. Ad istam mẽsam quis nos inuita-
uit? & quid præparauit? Inuitauit dominus
seruos, & præparauit eis cibum seipsum.
Quis audeat manducare dominum suum?
Ioan 6. & tamen ait: Qui manducat me, & ipse vi-
uet propter me. Quando Christus mandu
catur, vita manducatur: nec occiditur, vt
manducetur, sed mortuos viuificat. Quan
do manducatur, reficit, sed non deficit.
Non ergo timeamus fratres mãducare istũ
panem, ne fortè finiamus illum, & postea
quid manducemus, non inueniamus. Man
ducetur Christus: viuit manducatus, quia
resurrexit occisus: nec quando manduca-
mus, de illo partes facimus. Et quidem in
sacramẽto sic fit, & nõrũt fideles, quemad
modũ manducẽt carnem Christi. Vnus-
quisque accipit partem suam: per partes
manducatur, & manet integer totus. Per
partes manducatur in sacramento, & ma-
net integer in cęlo. Manet integer totus in
corde tuo. Totus enim erat apud patrem,
quando venit in virginem: impleuit illam
nec recessit ab illo. Veniebat in carnem,
vt eum homines manducarent: & mane-
bat

fuit integer apud patrem, vt angelos pasce ret. Et quando Christus factus est homo, panem angelorum mãducauit homo. My sterium vestrum, in mẽsa domini positum est. Mysterium vestrum accipitis, & ad id quod estis, Amen respondetis: & respondẽdo subscribitis. Audis ergo corp⁹ Christi, & respondes, Amẽ. Vtinam teneat cor, quod dicit os: vtinam habeat fides, quod verbo respondes. Esto membrum corporis Christi, vt verum sit, Amen. Mysterium sacris vnitatis nostræ, Christus in sue mensa consecrauit. Et quis alius, nisi ipse, quotidie in sua mensa consecratur? Deus enim adest verbis suis euangelicis, sine quibus sacramentum non consecratur: & ipse sanctificat sacramẽtũ suum, & facit seipsum, sicut ipse dicit: Hoc est corpus meũ, quod pro vobis tradetur. Sicut enim ad verbum illius, vt primùm iusserat, germinat terrã herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum, faciẽs fructum iuxta genus suum: & impletur quotidiè, quod primùm dixit: Crescite, & multiplicamini, quæ benedictio etiam nec post peccatum hominis est abolita, ita & verba illius

Psal. 77.

Matth 26.

Gene. 1.

qui totus vbiq; est, & semper est, etiam per peccatores prolata, in sanctificationē corporis & sanguinis illius, per omnes mēsas in catholica ecclesia, toto terrarum orbe diffusa, perfectam vim obtinent, cōsecrandi corpus & sanguinem eius, qui dixit: Acci-
Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22.
pite & manducate: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Et, accipite & bibite, hic est sanguis meus, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Hæc quotiescunq; feceritis, in mei memoriam facietis. Et sicut siue hæreticus, siue schismaticus, siue facinorosus quisq;, in confessione sanctæ trinitatis baptizet, non valet ille qui baptizatus est, à bonis catholicis rebaptizari, ne confessio vel inuocatio tanti nominis videatur adnullari, quia ipse est (vt scriptum est) qui
Ioan. 1.
baptizat, qui discipulis suis iussit, dicens:
Matth. 28.
Ite docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Inde cuiuscunq; vel qualiscunq; meriti sacerdos, officium consecrationis sacramentorum corporis & sanguinis Christi secundum traditionem exerceat, ipse est qui eadem sacramenta cōsecrat per verba sua, q dixit:

Matth. 26.

dixit: Accipite, comedite, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Accipite & bibite, hic est sanguis meus, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Hæc quotiescunq; feceritis, in mei memoriã facietis. Qui autem accipit mysteriũ vnitatis, & non tenet vinculum pacis, non mysterium accipit pro se, sed testimonium cõtra se. Nulli est aliquatenus ambigendum, tunc vnumquenque fidelium corporis sanguinisq; domini participem fieri, quãdo in baptismate membrum corporis Christi efficitur, nec alienari ab illius panis calicisq; cõsortio, etiam si antequàm panem illum comedat & calicem bibat, de hoc seculo in vnitate corporis Christi constitutus, abscedat. Sacramenti quippe illius participatione ac bñficio non priuatur, quando ipse hoc quod illud sacramẽtum viuificat, inuenitur. Et calix ac panis Christi nõ qualibet, sed certa consecratione mysticus fit nobis. Proinde quod ita nõ fit, quis sit panis & calix, alimentũ est refectionis, nõ sacramentũ religionis, nisi q benedicimus, gratiasq; agimus domino, in omi munere

cius, non solùm spiritali, verùm etiam cor-
porali. Nam & nos hodiè accipimus visibi
lem cibum: sed aliud est sacramētū, quod
praecessit in manna. Hunc panem significa-
cauit manna, hunc panem tribuit altare
1. Corin. 10. Dei. Et bibebant, inquit, de potu spiritua-
li, sequēti eos petra, petra autem erat Chri
stus. Indè panis, indè potus, petra Christus
in signo. Verus Christus, in verbo & car-
ne. Et quomodò biberunt? percussa est pe
tra virga bis. Gemina percussio, duo ligna
crucis significat. Hic est ergo panis de cae-
lo descendens, vt si quis ex ipso manducau-
erit, nō moriatur. Vndè dicit Apostolus:
Ibidem. Calix benedictionis cui bñdicimus, nōne
communicatio sanguinis Christi est? &
panis quem frangimus, nōne participatio
corporis domini est? Si quis manducaue-
rit (inquit dominus) ex hoc pane, viuet in
aeternum: & panis quē ego dabo, caro mea
Ioan. 6. est, pro mundi vita. Quę caro, quibusdam
ad exitium est, sicut extitit Iudę: quibusdam
verò ad vitam. Non eo ad exitium extitit
Iudas, quia malum erat quod accepit: sed
quia malus Iudas, bonum malè accepit. Sa
cramentum quippe pietatis, in iudicium sibi
sumit

sumit indignus: bene enim esse nō potest male accipiēti, quod bonum est. Caro (inquit) mea verè est cibus, & sanguis meus verè potus. Cùm verò in cibo & potu id appetant hōies, vt non esuriant neq; sitiant, hoc veraciter non præstat nisi iste cibus & potus qui eos à quibus sumit, immortales & incorruptibiles facit, in hac enim mystica distributione spiritualis alimoniæ, hoc impertitur, hoc sumitur, vt accipiētes virtutē cælestis cibi, in carnē illius qui caro nostra factus est, transeamus: quatenùs vnum cū illo effecti, à mundi principe à quo per peccatum rapti fuimus, non teneamur facti cum illo, quid dixit: Venit enim princeps mūdi huius, & in me nō habet quicq̃. Quī rursum dicit: Qui manducat carnem meā, & bibit sanguinē meū, in me manet, & ego in eo. Sicut enim verus est filius Dei dominus noster Iesus Christus, nō quēadmodūm homines per gratiam, sed quasi filius ex substantia patris, ita vera eius caro verè est cibus, sicut ipse dixit, quā accepimus & verus sanguis eius, est potus. Sed fortè dicas, quod dixerunt tunc tēporis etiam discipuli Christi, audientes dicentē: Nisi quis manduca-

Ioan. 6.

Ioan. 14.

Ioan. 6.

ducauerit carnē meam, & biberit sanguinem meum, nō manebit in me, nec habet vitam æternam. Fortè dices, quomodò q similitudinem video, non video sanguinis veritatem? Primò omnium dixi tibi de sermone Christi, qui operatur vt possit mutare, & cōuertere genera instituta naturæ: sicut de virga Moÿsis, quæ mutata est in

Exo. 3. serpentem, & rursus in virgam & flumina

Exo. 4. Aegypti mutata sunt in sanguinē: & rursus

& 7. in aquam: & alia multa signa, quæ in scripturis leguntur. Deinde vbi non tulerunt sermonem Christi discipuli eius, sed audientes q carnem suam daret manducare, & sanguinem suum daret bibendum, rece-

Ioan. 6. debant. Solus tamen Petrus dixit: Verba vitæ æternæ habes: & ego à te quomodò recedam? Ne igitur plures hoc dicerent, veluti quidam esset horror cruoris, sed maneret gratia redemptionis, ideo in similitudinem quidem accipis sacramentum: sed veræ naturæ gratiam virtutemq́; consequeris. Ego

Ioan. 6. sum, inquit, panis viuus, qui de cœlo descendi. sed caro non descendit è cælo. Quomodò ergo descendit panis è cælo, & panis viuus? quia idem dominus noster Iesus Christus

ſtus conſors eſt & diuinitatis, & corporis. Et tu qui accipis carnem diuinæ eius ſubſtantiæ, in illo participaris alimento. Qui manducauerit hoc corpus, fiet ei remiſſio peccatorũ: & non morietur in æternum. Ergo non ocioſé tu dicis, Amen, iá in ſpiritu confidens, quòd accipias corpus Chriſti. Cũ tu petieris, dicit tibi ſacerdos corpus Chriſti: & tu dicis, Amen, hoc eſt, verum. Quod confitetur lingua, teneat affectus. Conſecratio ergo quib⁹ verbis eſt, & cuius ſermonibus? nempe domini Ieſu panis eſt ante verba ſacramẽtorũ: vbi acceſſerit cõſecratio, de pane fit caro Chri. Qui pridiè quàm pateretur, in ſanctis manibus ſuis accepit panẽ, reſpexit ad cęlũ, ad te ſancte pater omnipotẽs æterne Deus, gratias agens, benedixit, fregit, fractumq́; apoſtolis & diſcipulis ſuis tradidit, dicẽs: Accipite & edite ex hoc omnes: hoc eſt corpus meũ, quod pro multis confringetur. Similiter & calicẽ, poſtq̃ cœnatum eſt, reſpexit ad cælum, ad te ſancte pater omnipotens æterne Deus, gratias agens: benedixit, & diſcipulis ſuis tradidit, dicens: Accipite, & bibite ex hoc omnes: hic eſt enim ſanguis meus. Vide, illa Matt.26.

omnia

omnia verba euangelistæ sunt, vsque ad, Accipite, siue corpus, siue sanguinem: inde verba sunt Christi. Antequam consecretur panis & vinum, aqua mixtum est. Vbi autem verba Christi accesserint, corpus & sanguis est Christi. Aduertimus igitur maiorem esse gratiam, quam naturam. Quod si tantum valuit sermo Heliæ, vt ignem de cælo deponeret,
4. Reg. 1. non valebit Christi sermo, vt species mutet elementorum? De totius mundi operibus legisti, quia ipse dixit & facta sunt. Ser-
Psal. 148. mo ergo Christi, qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non potuit quæ sunt, in id mutare quod non erant? Non enim minus est nouas res dare, quam mutare naturas. Sed quid argumentis vtimur? suis exemplis, incarnationisque astruamus mysterij veritatem. Nunquid naturæ vsus præcessit, cum Iesus dominus ex Maria nasceretur? Si ordinem quærimus, viro mixta fœmina, generare consueuit. Liquet igitur, quod præter naturæ or-
loc. ex dinem virgo generauit. Ex hoc quod conficimus corpus Christi, ex virgine est. Quid hic quæris naturæ ordinem in Christi corpore, cum præter naturam ipse dominus Iesus ex Maria virgine carnem sumpserit, qui crucifixa

fixa est, quæ sepulta est? Verè ergo carnis illius sacramentum est. Ipse clamat dominus Iesus: Hoc est corpus meum. Ergo didicisti q̃ ex pane fiat corpus Chri: & q̃ vinum mixtum aqua in calice, fiat sanguis consecratione verbi cælestis. Deindè ipse dominus Iesus testificatur nobis, q̃ corpus suum accipiamus & sanguiné. Nunqd debemus de eius fide & testificatione dubitare? Corpus enim Dei, corpus spirituale: corpus Christi, corpus est diuini spiritus, q̃ spiritus Christi, vt legimus: spiritus ante faciẽ nostram Chrus dominus. & in Petri epistola habemus: Chrus pro nobis mortuus est. Et Paulus dicit: Ego enim accepi à domino, quod & tradidi vobis: quoniam dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem: & gratias agens, fregit & dixit: Accipite & manducate: hoc est corpus meũ, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam cõmemorationẽ. Similiter & calicẽ, postq̃ cœnauit, dicẽs: Hic calix nouũ testamẽtũ est in sanguine meo: hoc facite quotiescunq; bibitis, in meam cõmemorationem. Quotiescunq; eñ mãducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domi-

Matth.26.

Thre.4.

1. Pet.2.

1. Cor.11.

nomini annunciabitis donec veniat. Deniq; cor nostrum esca ipsa cōfirmat: & potus
Exo. 16. ipse lætificat cor hominis, vt Propheta memorauit. Cuius spiritualis escæ figura;
præcessit in manna. de quo qui plùs collegit
2. Cor. 8. quā iussum est, amplius non habuit: quia totus Christus in singulis, totus in omnib'
est. Et huius spiritualis potus figura præcessit, cùm iussit Deus Mosi, vt tāgeret
Exo. 17. petram virga: tetigit petram, & petra vndam
Num. 20. maximā fudit: sicut Apostolus dicit: Bibe-
1. Cor. 10. bant autē de spirituali, cōsequenti eos petra. Petra autē erat Christus. Non immobilis petra, quę populū sequebatur. & tu bibe, vt te Christus sequatur. Vide mysterium: Moses, hoc est propheta: virga, hoc est verbum Dei. Sacerdos verbo Dei tangit petram, & fluit aqua: & bibit populus Dei. Tangit ergo sacerdos. redundat aqua in calice: salientis in vitam æternā, & bibit populus Dei qui Dei gratiā consecutus est. Et vnus de
Ioan. 19. militibus post mortē Christi, lancea tetigit latus eius, & de latere eius fluxit aqua. Aqua autē, vt mundaret: sanguis, vt redimeret. Hic
1. Ioan. 5. est qui venit per aquam & sanguinē Iesus Christus. De cuius spōsi carne ecclesia, pa-
dijt,

dijs, quando ex latere crucifixi manante sanguine & aqua, sacramentum redẽptiõis & regeneratiõis accepit. Et quotidiè lauacro rigatur ac poculo, baptismatis scilicet abluta mysterio, crucifixi corpus in ara crucis torridũ sumens, vnà cũ eius cruore roseo de latere crucifixi ꝓfuso. Aliter enĩ in sancta ecclesia, quæ corpus est Christi, nec rata sunt sacerdotia, nec vera sacrificia, nisi in nostræ proprietate ac veritate naturæ, nos verus pontifex reconciliet, & verus immaculati agni sanguis emundet: q licet sit in patris dextera constitutus, in eadẽ tamẽ carne quã assumpsit ex virgine, sacramentũ propiciationis exeqtur, dicẽte
Apostolo: Christus Iesus qui mortuus est, Rom. 8.
imò qui & resurrexit, q est in dextera Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Et itẽ Io-
annes apostolus: Si quis peccauerit, aduo- 1 Ioan. 2.
catum habemus apud patrem, Iesum Christum iustum: & ipse est propiciatio pro peccatis nostris. Et item: Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus, vt remittat nobis peccata nostra, & emũdet nos ab omi iniquitate. Habẽtes ergo vt dicit ṗdi-
cator egregius, pontificẽ magnum, qui pe- Heb. 4.
netra-

netrauit cęlos Iesum filium Dei, teneamus confessionem. Non enim habemus pontificem, q nõ possit cõpati infirmitatibus nostris: tẽtatum autẽ per oĩa pro similitudine absq; peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronũ gratię, vt misericordiam cõsequamur: & gratiam inueniamus in auxilio opportuno: vnde nihil dubitãtes, sed corde
Rom.10. credentes ad iustitiã, & ore confitentes ad salutem, quãdo corpus & sanguinem illius sumimus, quod & Petrus, quando hinc alij dubitauerunt, domino dixit, domino cum
Ioan.6. Petro dicamus. Domine, verba vitę æternę habes: & nos credimus & cognouimus, quia tu es Christus filius Dei. Cuius caro fidelium vita est, si corpus ipsius esse nõ negligant. Fiãt ergo corpus Chri, si volunt viuere de spiritu Chri de quo non viuit, nisi corpus Chri. Nã escã vitę accipit, & æternitatis poculũ bibit, qui in Chro manet: & cui Christus inhabitator est. Qui autẽ discordat à Chro, nec carnẽ Chri manducat, nec sanguinem bibit ad vitam: etiam si tantæ rei sacramentũ ad iudiciũ suæ presumptionis quotidiẽ indifferẽter accipiat. In cuius acceptione sequenda est nobis discretio: quã san-

fanctum domini Aaron fecutū fuiſſe didicimus: qui mente lugubri ſe non debere ſumere ſacrificium pro peccato oblatum, nobis oſtendit. Dicamusq́; humilitatis debitę confeſſione: Domine, non ſum dignus, vt intres ſub tectū meū. Quod Apoſtolus admonet, dicens: Vt nō iudiciū ſibi manducet & bibat: quatenùs à ſeipſo iudicatus per pœnitentiam, non iudicetur à domino. Quę actio pœnitentię, tunc erit perfecta & Deo acceptabilis, ſi aſſcēderit homo aduerſum ſe tribunal mentis ſuę: & conſtituerit ſe ante faciem ſuā, ne hoc ei poſteà fiat, ſicut cōminatur dominus peccatori: atque ita conſtituto in corde iudicio, aſſit accuſatrix cogitatio: teſtis cōſcientia: carnifex timor: deinde ſanguis animæ per lachrymas profluat: poſtremò ab ipſa mēte talis ſententia proferatur, vt ſe indignū homo iudicet participatione corporis & ſanguinis domini. Verſetur ante oculos imago futuri iudicii: vt cùm alij accedunt ad altare Dei quò ipſe non accedit, cogitet q̄ ſit contremiſcēda illa pœna, qua percipientibus alijs vitam æternam, alij iudicium ſibi manducant & bibunt. In qua actione

Matt. 8.

1. Cor. 11.

R poeni-

pœnitentiæ, magnopere cauenda est anti-
qui hostis astutia: qui sepe cum mens à cul
pa resipiscit atq; admissum flere conatur,
spes ac securitates vacessante oculos va-
cat, quatenus vtilitaté pœnitentię subtra-
hat. Modò enim aliorum facta grauiora, mo-
dò misericordé Deú loqui, modò adhuc
tempus subsequês ad pœnitentiã pollicetr
vt dũ per hoc decepta mens ducit, ab inté-
tione pœnitenę suspendat: quatenus tunc
bona nulla percipiat, quã nunc mala nulla
contristant: & tunc plenius obruatur sup-
plicijs, quæ nunc etiã gaudet in delictis. Es
memores vindictæ quã sunt passi, qui igné
Leu. 10. alienũ in cõspectu dñi obtulerũt: sicut in
Leuitico legi, prudendum nobis est, ne
cum affectu peccandi, vel cum delectatiõe
peccati, ad altare domini accedamus: ne
hoc quod ostédit Apostol' in epist. ad Co
1. Cor. 11. rinthios, incurramus: Ideo, inqt, inter vos
multi infirmi & imbeciles sunt, & dormi-
unt multi. Et postq̃ flãma cuiuscũq; pcti &
carnis delectatio à corde deferbuerit, atq;
post pœnitentiæ satisfactioné, sequamur
quod de Zachæo publicano in Euangelio
Luc. 19. legimus: quis excepit gaudens dominũ in
domum

domum suã, & fecit ei conuiuium magnũ, cui⁹ domus sumus nos: & cui cogitatio hominis confitetur: & reliquæ cogitatiõis diem festũ agunt illi. Dies enĩ festus dño, est cõpunctio cordis nr̃i, cùm in lachrymas pro amore eius assiduè mouetur. Cùm igitur redẽptoris nostri corpus & sanguinem accipimus, debemus nos pro peccatis nr̃is in fletib⁹ affligere: quatenùs amaritudo ipsa pœnitẽtiæ abstergat à mẽtis nostræ stomacho peruersæ amorẽ vitæ. Et post oratiõis ac cõmunionis tẽpora, quãtum iuuãte deo possumus, in ipso animũ suo põdere & vigore seruem⁹, ne pòst castigatio fluxa dissoluat, ne vana menti lætitia surrepat, * vt lucra cõpunctionis anima per incuriã fluxæ cogitatiõis perdat. Sic quippe quod poposcerat, Anna obtinere meruit: quia se post lachrymas in eodem mentis vigore seruauit. De qua nimirùm scriptũ est: Vultus eius non sunt ampliùs in diuersa mutati. Quia igitur non est oblita quæ petijt, non est priuata munere quod poposcit. Psal. 77. for. ne 1. Reg. 1.

R 2 DE

DE CORPORE ET SANGVINE DOMINI, EX AVGVSTINI SERMONE secundo de verbis Apostoli.

AVDIVIMVS veracé magistrum diuinű redemptoré, humanű Saluatoré cõmendantem nobis preciű nostrű, sanguiné suű. Locut⁹ est em nobis de corpore & sanguine suo, quod corpus dixit escam, sanguinem, potű. Sacramentű fideliű agnoscunt fideles. Audiétes auté, qd aliud, q̃ qui audiunt? Cùm ergo cõmendãs talé escã & talé potű, diceret, Nisi mãducaueritis carné meã, & biberitis sanguiné meum, nõ habebitis vitam in vobis: & hoc diceret de vita, quis alius, quàm ipse, vita? erit auté illi homini mors, non vita, qui mendacem putauerit vitam. Scandalizati sunt discipuli eius, non quidem omnes, sed plurimi, dicẽtes apud semetipsos: Durus est hic sermo, qs eű potest

Ioan. 6.

test audire? Cùm autẽ hoc dominus apud semetipsum cognouisset, & murmura ac cogitatiões audisset, cogitãtibus nec sonãtib⁹ voce respódit, vt se auditos esse cognoscerẽt, & talia cogitare desinerẽt. Quid ergo respondit? Hoc vos scãdalizat? Si ergo videritis filiũ hoĩs ascẽdentẽ vbi erat priùs. Quid sibi vult, Hoc vos scãdalizat? Putatis q̃a de hoc corpore quod videtis, partes facturus sum, & mẽbra mea concisurus & vobis daturus? Quid si ergo videritis filiũ hoĩs ascendentẽ vbi erat priùs? Certè qui integer ascendere potuit, consumi non potuit. Ergo & de corpore ac de sanguine suo dedit nobis salubrẽ refectionẽ, & tam magnam breuiter soluit de sua integritate quęstionẽ. Manducẽt ergo q̃ manducant, & bibant q̃ bibunt, esuriant & sitiant, vitã manducent, vitã bibant. Illud manducare, refici est: sed sic reficeris, vt nó deficiat vndè reficeris. Illud bibere q̃d est nisi viuere? Manduca vitam, bibe vitam, habebis vitam, & integra est vita. Tunc autem hoc erit, id est, vita vnicuiq; erit corpus & sanguis Christi, si quod in sacraméto visibiliter sumit, in ipsa veritate spiritaliter mãducetur,

Ioan. 6.

ducetur, spiritaliter bibatur. Audiuimus enim ipsum dominum dicentē: Spiritus est
Ioan. 6. qui viuificat, caro autē nō prodest quicq̄. Verba q̄ locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Sed sunt, inquit, quidā qui non credunt. ipsi dicebant: Durus est hic sermo, q̄s potest eū audire? Durus est, sed duro id est, incredibilis, sed incredulis. Sed vt doceret nos etiā ipsum credere, donū esse, nō meriti: Sicut, inquit, dixi vobis, nemo venit ad me, nisi cui datū fuerit à patre meo. Vbi autē hoc nōs dixerit, si superiora euāgelij recolamus, inueniemus eum dixisse: Nemo venit ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Non dixit, duxerit, sed traxerit. Ista violētia cordis fit, nō carnis. Quid ergo miraris? Crede, & venis: ama & traheris.
Ioan. 6. c Ne arbitreris istā asperā molestāq; violentiā. dulcis est, suauis est, ipsa suauitas te trahit. Nōnne ouis trahitur, cùm esurienti herba monstratur? Et puto q̄ nō corpore impellitur, sed desiderio colligatur: sic & tu veni ad Chrm, noli longa itinera meditari. Vbi credis, ibi venis. Ad illum enim qui vbiq; est, amādo venit, nō nauigando. Sed quoniā etiā in tali itinere abundāt fluctus & tempestates

pestates diuersarum tentationũ, in crucifixum crede, vt fides tua lignũ possit ascẽdere. Non mergéris, sed ligno portaberis. Sic sic in huius seculi fluctibus nauigabat ille qui dicebat: Mihi autẽ absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Chri. Mirum est autẽ q̃ pdicato Christo crucifixo, audiunt duo, vnus contẽnit, alter ascẽdit. Qui contẽnit, imputet sibi: q ascẽdit, non arroget sibi. Audiuit em̃ à veraci magistro: Nemo venit ad me, nisi datũ fuerit ei à patre. Gaudeat, quia datum est: gratias agat danti corde humili, nõ arrogãti, ne quod humilis meruit, superbus amittat. Nam etiam qui iam in ipsa via ambulant, si sibi eam tribuerint & viribus suis, pereunt de illa. Ideo humilitatem docens nos sancta scriptura, per Apostolum dicit: Cum timore & tremore vestram ipsorum salutem operamini. Et ne sibi aliquid indè darent qa dixit, operamini, cõtinuò subiunxit: Deus enim est qui operatur in vobis, & velle & operari pro bona volũtate. Deus est q operat in vobis, ideo cũ timore & tremore vallẽ facite, imbrẽ suscipite. depressa implent, alta siccant. Gr̃a, pluuia est.

Gala. 6. Ioan. 6. Phil. 2. Ibidẽm.

1. Pet. 5. Iaco. 4. Quid ergo miraris, si Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam? Ideo cũ
Rom. 11. timore & tremore, id est, cum humilitate. Noli altum sapere, sed time. Time, vt implearis. Noli altum sapere, ne sicceris. Sed iam, inquis, ambulo viam istam, opus erat vt discerem, opus erat vt per doctrinam legis scirem quid agerẽ. Habeo liberũ voluntatis arbitriũ, quis me ab ista vi separabit? Si legẽs diligẽter, inuenies quendã de sua quadam abundantia, quã tamẽ acceperat, extollere se cœpisse: Dominũ autẽ misericordẽ, vt doceret humilitatẽ, quod erat, abstulisse: illum verò subitò inopẽ remãsisse, & misericordiã de recordatione confessum
Psal. 29. dixisse. Ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum. Ego dixi in abundantia mea. Sed ego dixi, homo dixi: Oĩs
Psal. 115. homo mendax. Ego dixi. Ego ergo dixi in abundantia mea. Tanta erat abundantia, vt hoc dicere auderem: Non mouebor in
Psal. 29. æternum. Quid deinde? Domine, in voluntate tua præstitisti decori meo virtutẽ: Auertisti autem faciem tuã, & factus sum conturbatus. Ostendisti, inquit, mihi, quia illud quo abundabã, de tuo erat. Ostẽdisti mihi

mihi vndè peterem, cui retribuerẽ quod acceperam, cui gratias agere deberem, ad quem currerem sitiens vndè implerer, & quo implet⁹ essem, ad quem custodirem. Fortitudinem enim meam ad te custodiã. Quod te largiente impleam, te seruatore non perdam. Fortitudinẽ meam ad te custodiam. Hoc vt ostenderes mihi, auertisti faciẽ tuã, & fact⁹ sum cõturbatus. Cõturbatus, q̃a siccat⁹: siccatus, quia exaltatus. Dic ergo siccus & aridus, vt rursus implearis. Anima mea velut terra sine aqua tibi. Dic, anima mea velut terra sine aqua tibi. Tu enim dixeras, non dominus dixerat: Non mouebor in æternum: Tu dixeras præsumens de te, sed non de tuo, & quasi putabas de tuo. Quòd ergo dominus dicit: Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Sic Apostolus: Cum timore & tremore, vestram ipsorum salutem operamini. Deus est enim qui operatur in vobis. Ergo exultate cum tremore, ne quãdo irascatur dominus. Video quia clamando p̃uenitis. Quid enim dicturus sum scitis, clamando p̃uenitis. Et hoc vndè habetis, nisi quia docuit ad quem credendo venistis?

Psal. 2.

Phil. 2.

Hoc ergo dicit, audite quod nostis, nō doceo, sed cōmemoro prædicando, imò nec doceo, quia nostis: nec commemoro, quia meministis, sed simul dicamus quod nobiscū tenetis. Hoc dominus dicit. Apprehendite disciplinam & exultate, sed cum tremore, vt semper humiles teneatis quod accepistis, ne quando irascatur dominus, vtique superbis, sibi quod habent tribuentibus, non illi, à quo habent, gratias agentibus. Ne quādo irascatur dominus, & pereatis de via iusta. Nunquid dixit, ne quando irascatur dominus, & nō veniatis ad viam iustam? Nunquid, ne quando irascatur dominus, & non vos perducat ad viam iustam, aut non vos admittat ad viam iustam? Iā in illa ambulatis, nolite superbire, ne etiam de illa pereatis. Et pereatis, inqt, de via iusta, cum exarserit in breui ira eius super vos, non in longum. Vbi superbis, ibi quod acceperas perdis. His territus homo quasi diceret: quid ergo faciam? Sequitur: Beati omnes qui confidunt in eum, nō in se, sed in eum. Gratia salui facti sumus, nō ex nobis, sed dei donum est. Forte dicatis: Quid sibi vult q hoc sæpe dicit? Iterū hoc, & in tertio hoc, & propè nunquā loqui-

Psal. 2.

Ibidem

Ephe. 2.

tur nisi quādo dicit: Vtinam non sine cau sa dream: Sunt enim homines ingrati gratiæ, multùm tribuentes inopi sauciæq; naturæ. Verum est, magnas arbitrij liberi vires homo, cùm cōderetur, accepit, sed peccando amisit. In mortem lapsus est, infirmus factus est, à latronib⁹ semiuiuus in via relictus est, in iumētum suum leuauit eum transiens Samaritanus, quod interpretatur custos, ad stabulū adhuc perducitur. Luc.10.
Quid extollitur? Adhuc curatur. Sed sufficit, inquit, mihi, quòd in baptismo accepi remissionem omnium peccatorum. Nunquid quia deleta est iniquitas, finita est infirmitas? Accepi, inquit, remissionem omnium peccatorum. Prorsus verum est, deleta sunt cuncta peccata in sacramento baptismatis, cuncta prorsus, dicta, facta, cogitata cuncta deleta sunt. Sed hoc est quod infusum est in via, oleum & vinum. Retinetis, semiuiuus in via ille à latronib⁹ sauciatus, quomodò sit consolatus, accipiens oleum & vinum vulneribus suis. Iam vtique errori eius indultum fuit, & tamen sanatur languor in stabulo. Stabulum si agnoscitis, ecclesia est. Stabulum modò, quia

onem de corruptione quid restat? quãdo corruptibile hoc induerit incorruptionẽ, & mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fit sermo qui script⁹ est: Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors contentio tua? Ibi rectè. Vbi est mors aculeus tuus? quæris locum eius, & non inuenies. quid est aculeus mortis? quid est, Vbi est mors aculeus tuus? Vbi est peccatum? quæris, & nusquam est. Aculeus enim mortis, est peccatũ. Apostoli, non mea, verba sunt. Tũc dicetur: Vbi est mors aculeus tuus? Nusquam erit peccatum, nec quod te capiat, nec quod te impugnat, nec quod conscientiam tuã titillet. Tunc non dicetur: Debita nostra dimitte nobis. sed quid dicetur? Domine Deus noster pacem da nobis, omnia enĩ reddidisti nobis. Deniq; post redemptionem ab omni corruptione, qd restat nisi corona iustitiæ? Ipsa certè restat, sed etiam in ipsa vel sub ipsa non sit caput turgidum, vt recipiat coronam. Audi, attẽde psalmum, quàm nolit coronam turgidũ caput, cùm dixit, Qui redimit de corruptione vitam tuam, qui coronat te, inquit. Iam hic dicturus erat: Coronat te,

1.Cor.15.
Matt.6.
Esa.26.
Psalm 102.

me-

merita mea fatentur, virtus mea fecit hoc, debitum redditur, non donatur. Audi petiùs psalmum. nam & hoc tu dicis: Omnis
Psal.115. homo mendax. Audi, Deus qd dicat: Qui coronat te in miseratiõe & misericordia. De misericordia te coronat, de miseratione te coronet. Non enim dignus fuisti quem vocaret, & vocatum iustificaret, &
Rom.11. iustificatum glorificaret. Reliquiæ per electionem gratiæ saluę factæ sunt. Si autem gratia, non ex operibus: alioqn gratia iam non est gratia. Nam ei qui operatur, mer-
Rom.4. ces non imputabitur secundum gratiam, sed secundum debitum. Apostolus loquitur: Non secundum gratiam, sed secũdum debitum. Te autem coronat in miseratione & misericordia: & si tue merita praecesserunt, dicit tibi Deus: Discute bene merita tue, & videbis quia dona sunt mea. Hæc
Psal.3. est iustitia Dei. Quomodò dicitur: Domini est salus, non que saluus est dominus, sed quam det eis quos saluos facit: sic & Dei gratia per Iesum Christum dominum nostrum, iustitie Dei dicitur, non qua iustus est dñs, sed qua iustificet eos quos ex impijs iustos fecit. Quidã verò, quoniam ali-

aliquando Iudæi, & Christianos se dici vo lunt, & adhuc ignorantes Dei iustitiam, suam volunt constituere, etiam temporibus nostris, temporibus apertæ gratiæ, temporibus nunc reuelatæ, priùs occultatæ gratiæ, nūc in area manifestæ gratiæ quæ aliquando latebat in vellere: paucos intellexisse video, plures non intellexisse nequaquam tacendo fraudabo. Quidam de antiquis iustis Gedeon petiuit à domino signum, & dixit: Peto domine vt vell⁹ quod in area pono, compluatur, & area sicca sit. Factum est, complutum est vellus, area tota sicca erat. Expressit manè vellus in peluim, quoniam humilib⁹ dat gratiam, & in pelui dominus noster q̄d fecerit discipulis suis. Item petiuit alterum signum: Volo, inquit, domine, vt vellus siccū sit, area compluta. Et hoc factum est. Repete tempus veteris testamenti, gratia occultata est in nube tanquam imber in vellere. Attendendò tēpus noui testamēti, discute gētē Iudæorū, quasi vellus siccū inuenies, orbis verò tot⁹, tanq̄ illa area plenus est gr̄a, non occulta, sed manifesta. Vndè multùm plan-

Rom.10.

Iud.6.

Ioan.15.

plãgere cogimur fratres nostros, qui non contra occultam, sed contra apertam gratiam manifestamq́; cõtendũt. Ignoscitur Iudęis, quid Christiani? quare inimici gratiæ Christi? quare de vobis præsumentes? quare ingrati? quare enim Christ⁹ venit? Nunquid natura hic non erat? Natura non erat, quã multum laudãdo decipitis? Nunquid hic nõ erat? Sed ait Apostolus:
Gal. 2. Si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. quod ait Apostolus de lege, hoc nos istis dicimus de natura. Si per naturam iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. quod ergo dictum est de Iudæis, hoc omnino in istis videmus.
Roma. 10. Zelum Dei habẽt, sed non secundum scientiam. quid est, non secundum scientiam? Ignorantes enim Dei iustitiam, & suam volentes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Fratres mei, compatimini mecum. Vbi tales inueneritis, occultare nolite. Non sit in vobis peruersa misericordia: prsus vbi tales inueneritis, occultare nolite. Redarguite contradicentes, & resistentes ad nos perducite. Iam enim de hac causa duo concilia missa sunt ad sedem apostolicam, indè etiam rescripta.

pta venerunt. Causa finita est, vtinam aliquando finiatur error. Ergo vt aduertant, monemus: vt instruantur, docemus: vt mutentur, oremus, conuersi ad dominum.

DE CORPORE ET SANGVINE DOMINI, D. AMBROSII tertio libro de Sacramentis, sententia.



Ergo didicisti, quòd ex pane corpus fiat Christi, & q vinum & aqua in calicem mittitur: sed fit sanguis, consecratione verbi cælestis. Sed fortè dicis: speciem sanguinis non video, sed habet similitudinē. Sicut enim mortis similitudinem sumpsisti, ita etiam similitudinem preciosi sanguinis bibis. nullus horror cruoris sit: & precium tamen operetur redemptionis. Didicisti ergo quia quod accipis, corpus est Christi. Vis scire, quia verbis cælesti-

bus consecratur? accipe, quæ sunt verba. Dicit sacerdos: Fac nobis hãc oblationem scriptam, rationabilẽ, quod est figura corporis domini nostri Iesu Christi: Qui pridiè quàm pateretur, in sanctis manibus suis accepit panem: respexit ad cælum, ad te sancte pater omnipotens eterne Deus, gra-
Matth.26. tias agens, benedixit, fregit: fractumq; disci-
Marc.14. pulis suis tradidit, dicẽs: Accipite & come-
Luc.22. dite ex hoc omnes: hoc est corpus meum quod pro multis confringetur. Similiter & calicem, postquàm cœnatum est, pridiè quàm pateretur, accepit, respexit in cælũ ad te sancte pater omnipotens eterne Deus: gratias agens, benedixit & tradidit discipulis, dicens: Accipite & bibite ex eo omnes: hic est enim sanguis meus. Ergo vide, quãtis generibus potẽs est sermo Christi, vniuersa conuertere. Deinde ipse dominus Iesus testificatur nobis, quòd corpus suum accipiamus & sanguinem. Nunquid debemus de eius fide & testificatione dubitare? Iam redi mecum ad propositionem
Exo.16. meam. Magnum quidem & venerabile, quòd manna Iudæis pluit de cælo. Sed intellige: Quid est amplius, manna de cælo an

an corpus Christi? corpus vtique Christi, qui author est cæli. Deinde manna qui manducauit, mortuus est: qui autem manducauerit hoc corpus Christi, fiet ei remissio peccatorum, & non morietur in æternum. Ergo non ociose tu dicis amen, iam in spiritu confitens, quòd accipias corpus Christi. Et tu dicis amen, hoc est, verum, quod confitetur lingua, teneat affectus. Vt scias autem hoc esse sacramentum, huius figura antè præcessit. Deinde quantum sit sacramentum, cognosce. Vide quid dicat: Quotiescunque hoc feceritis, totiès meam memoriam facietis, donec iterum aduenian. Ergo memores, inquit sacerdos, gloriosissimæ eius passionis, & ab inferis resurrectionis, & in cælum ascensionis, offerimus tibi hanc immaculatam hostiam, rationabilem hostiam, incruentam hostiam, hunc panem sanctum, & calicē vitæ æternæ: & petimus & precamur, vt hāc oblationem suscipias in sublimi altari tuo, per manus angelorū tuorū: sicut suscipere dignat⁹ es munera pueri tui iusti Abel, & sacrificium patriarchæ

Ioan. 6.

Gen. 4.

S 2 no-

Gen. 14. nostri Abrahae & quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedech. Ergo quotiescunq; accipimus, mortem domini annunciamus. Si mortem domini annunciamus, remissionem peccatorum. Si quotiescunque effunditur sanguis, in remissionem peccatorũ funditur, debeo illum semper accipere, vt semper mihi peccata dimittantur, qui semper pecco, semper debeo medicinam habere.

HOMILIA

EVSEBII CAESAREENSIS EPISCOPI, DE corpore & sanguine domini.

Magnitudo cœlestium beneficiorũ, angustias humanæ mẽtis excedit: & proptereà ita ordinauit diuina prouidentia, vt quod in nobis ratio rerum molestia non poterat, fides deuota cóciperet, & intellectũ cre-

credulitas robuste nutriret. Cùm ergo per primam transgressionem in Adam origine, morti teneremur obnoxij, prospiciens ex celso Deus, in quo essemus genera debitores, iuxte qualitatem captiuitatis, raparauit munus redamptionis, id est, vt pro debita morte offerret indebitã: quia nec nos vndè viueremus, nec ille vndè moreratur, metariam de nostra mortalitate suscepit, vt de suã immortalitate collata, mori posset vita pro mortuis. Et ideo quia corpus assumptũ ablaturus erat ex oculis nostris, & sidaribus illaturus, necessarium aret, vt nobis in hac dia sacramantum corporis & sanguinis consecraretur vt coleretur iugiter per mysterium, quod semel offerebatur in pracium: vt quia quotidiana & indefessa currebat pro hominis salute redemptio, perpetuum esset etiam redemptionis oblatio: & perennis ille vita viueret in memoria, & samper præsens esset in gratia. Verè vnica & perfecta hostia, fida æstimanda, non specia. Nec exterioris censenda est visu, sed interioris affectu. Vndè meritò cælestis confirmat authorites, quæ caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est

Gene. 3.

for. hostia censenda

Ioan. 6.

potus. Recedat ergo omne infidelitatis ambiguum: quandoquidem qui author est muneris, ipse etiam testis est veritatis. Nam inuisibilis sacerdos, visibiles creaturas in substantiam corporis & sanguinis sui, verbo suo secreta potestate conuertit, ita dicens: Accipite & comedite, hoc est corpus meum, & sanctificatione repetita, Accipite & bibite, hic est sanguis meus. Ergo ad nutum praecipientis domini, repentè ex nihilo substiterunt excelsa caelorum, profunda fluctuum, vasta terrarum. Pari potentia in spiritualibus sacramentis, verbi praecipit virtus, & rei seruit effectus. Quanta itaque & quàm celebranda officiis, vis diuinae benedictionis operatur. Et quomodò tibi nouum & impossibile esse non debeat, quòd in Christi substantiam, terrena & mortalia commutantur: teipsum qui iam in Christo es renatus, interroga. dudum alienus à vita, peregrinus à misericordia, à salutis via intrinsecus mortuus exulabas: subitò initiatus Christi legibus & salutaribus mysteriis innouatus, in corpus ecclesiae non videndo, sed credendo transisti. Et de filio perditionis, adoptiuus Dei fieri occulta puritate meruisti, in mensura visibili permanens, ma-

Mat. 26.
Marc. 14.
Luc. 22.
Gene. 1.

ior factus es teipso inuisibiliter, sine quantitatis augmento, cùm idem atq; ipse esses, multo alter fieri fide, pcessib⁹ meruisti. In exteriore nihil additum est: & totũ in interiore mutatum est: ac si homo, Christi filius effectus, & Christus in hois mente format⁹ est. Sicut ergo sine corporali sensu pterita vilitate deposita, subitò nouã induisti dignitatẽ, & sicut hoc q̃ in te Deus læsa curauit, infecta diluit, maculata detersit, nõ oculis, sed sensibus sunt credita, ita & cùm reuerendũ altare cibis satiãdus ascendis, sacrum Dei tui corpus & sanguinẽ fide respice, honore mirare, mente cõtinge, cordis manu suscipe, & maximè haustu interiori assume. Quòd si illi⁹ legis mãna, quo legitur, Pluit illis mãna vt ederẽt, hoc vnicuiq; sapiebat, quod desiderijs concupiscebat: Psal. 77. Sap. 16.
aliud erat quod sumebat, aliud quod videbat, inuisibiliter sapor ille i singulorũ sensib⁹ formabat. At ergo illud legis mãna cælitùs illapsum, per multimodas suauitates naturæ suæ meritum, & generis sui excedebat intuitum, & cùm creaturam suam dispensatio largitoris multiplici diuersitate condiret, præbebat gustus, quod igno-

rabat aspectus, iuxta percipientis desiderium, escæ illi nouitas & dignitas nascebatur. Vnumquemque varijs & alienis saporibus reficiebat mellifluum pluuię illius donum, & multiplexficci imbris obsequium. Quæ cùm ita sint, quod illic auiditas faciebat, hic fides facit. Et si in corpore cibus sapiat, in corpore Deus credulitati perficiat, sicut legimus: Accedit homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Ideo quod ibi delectatio obtinebat in faucibus, hic benedictio operatur in sensibus. Ad cognoscendum & percipiendum sacrificium sacri corporis, ipse te robur & potentia consecrantis inuitet. Qui tunc latuit præfiguratus in manna, est tibi manifestatus in gloria & gratia. Ipsum autem fuisse manna illius speciem præsignatum, etiam Propheta euidenter ostendit, dicens: Panem angelorum manducauit homo, panem cœli dedit eis. Et quis panis angelorum est, nisi Christus, qui nos cibo suæ charitatis enutriat? Hunc panem, dicente Propheta, sexta die duplum colliges: sabbato autem non colliges, dum à primo, id est, à dominico die in lege tribuit, & in solo sabbato dene-

Psalm. 77.

Exo. 16.

ga-

gatur. Iā tunc Christus ab ecclesia, cui dominicū diē resurrectio cōsecrauit, recipiendus ostendit: & synagogę, ad quā cultus sabbati pertinebat, negādus esse perhibet; dū dies iste, id est, dies septimus, cælesti panis fraude† mutilat. De quo pane vetus narrat historia: Nec q plus collegerat, habuit amplius: nec qui minùs parauerat, reperit minùs, eo q eucharistiæ sacra perceptio, non in quantitate, sed in virtute consistat. Quod corpus, sacerdote dispēsante, tantū est in exiguo, quantum esse cōstat in toto. Quod cùm ecclesia fidelium sumit, sicut plenum in vniuersis, ita integrum probat esse in singulis. De quo sensu apostolice sententia deriuata est, dicēs: Qui multū habet, non abundat: & qui modicū, nó minorabit. Si fortè esum panis esurientibus apponeremus, nó ex toto perueniret ad singulos: quia particulatim & minutatim pro portione sua vnusquisq; presumeret. De hoc verò pane cùm assumitur, nihil minùs habēt singuli, q̄ vniuersi: totum vnus, totū duo: totū plures sine diminutiōe percipiunt: quia benedictio huius sacramenti scit distribui, nescit distributione cōsumi. Sa-

†mulctat Exo. 16. 2. Cor. 8.

2. Cor. 8.

ctamenti sunq; lusus formã, in Iudeorum paginis inuenimus expressam. Nam & de
Heb.7. Melchisedech, cuius genealogia, vel origo
Gene.14. dicitur ignota, in Genesi legimus: Et Melchisedech rex salē, protulit panē & vinū, & benedixit Abrahæ. Melchisedech autē fuit sacerdos Dei summi, dū à preputio, id est, à gentib, circūcisio futura benedictionē, ecclesiæ gloria prædicat: & synagogæ infideli plebs ex gentibus exquisita pponit. Hic ergo Melchisedech, cuius genealogia vel origo nouitā illius téporis latuit, oblatiōe panis & vini, hoc Christi sacrificium figurauit. De quo propheta pronunciat: Tu
Psal.109. es sacerdos in eternū, secundū ordinē Melchisedech. Nā & beatus Moses de eo mysterio loquēs, vinū & sanguinē sub vna appellatione significatum benedictione Patriarchæ, dnicam passionē multò antè demō-
Gene. 49. strante, ita inquiēs: Lauabit in vino stolam suā, & in sanguine vuę palliū suū. Adverte q̄ euidēter cōstet, vini creaturā, Chri sanguinē nūcupandā. Quid adhuc de hac duplici specie ingerere debeas, ipsa nūc attestāte cognosce. Nisi, inquit, māducaueritis
Ioan.6. carnē filij hois, & sanguinē eius biberitis,

non

nõ habebitis vitã in vobis. Quod testimoniũ, cótra Pelagij blasphemias, euidẽtissimũ atq; validissimũ est: q asserere arrepta impietate psumit, nõ ,ppter vitã, sed ,ppter regnum cælorũ, baptismum paruulis cõferẽdum. Sub his em̃ verbis Dei, quib⁹ euãgelista, pnunciat, Nõ habebitis vitã in vobis, apertè intelligẽda est omĩs anima munere baptismi vacua, non solùm carere gloria, sed vita. Hoc itaq; dñici sanguinis vinum, aqua miscendum esse, nõ solùm traditiõe dominus, sed etiam ipso genere passionis ostẽdit, ex cui⁹ sacro latere sanguis & aqua lanceę illisiõe perfluxit, sicut & Propheta multò antè præcinit, dicẽs: Percussit petrã, & fluxerunt aquæ. Psalm. 77. Et Apostolus: Bibebãt, inqt, de spirituali cõsequẽti eos petra: petra autẽ erat Christus. 1. Cor. 10. Vides igitur quòd qui de Chri bibent gratia, sequitur eum Chri misericordia. Sed & in Salomone de ipso Deo pdictum legimus: Sapiẽtia, inqt, Prou. 9. ædificauit sibi domum, id est, corpus hõis assumpsit, in qeo habitauit plenitudo diuinitatis. Col. 2. Et subdidit colũnas septẽ: q illũ bñdictio spũs sci, grã septiformi impleuit. Mactauit hostias suas, miscuit in cratera Prou. 9. vinum

vinum suum, & parauit mensam suā. Et in sequenti: Venite, & edite de meis panibus, & bibite vinū quod miscui vobis. Admixtum ergo aquæ vinū legimus: nunc causam cur vtrunq; nos misceri voluerit, ignoramus: quando in Iudæorum conuiuio nuptiale vinum, id est, fides in eis deficiebat.
Esaias 5. Vinum, inquā, deficiebat, quia vineæ fructū negabat, de qua dicitur: Expectaui vt faceret vuam, fecit autē spinas. Vnde & serta
Joan. 19. spinea capiti redēptoris imposuit. Quādo siquidē dominus nuptiali tēpore, id est, quo sponsus ecclesię suæ Paschali, exultatione iungēdus, aquā in vinū cōuertit, manifestè præfigurabat multitudinē gentiū, de sanguinis sui gratia esse venturas. Per aquas autē populos significari, sacris aperitur eloquijs, sicut legimus: Aquas istas quas vidisti,
Apoc. 17. populi sunt & gētes & linguę. Aduertamus in aquis figurā gentiū demōstrari, in vino autem, sanguinē dñicæ passiōis ostēdi. Ac sic dū in sacramētis vino aqua miscet, Christo fidelis populus incorporaē & iungitur, & quadā ei copula perfectę charitatis vnit, vt
Roma. 8. possit dicere cū Apostolo: Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio? angustia?

ſtiaſan perſecutio?&reliquę. Deus autem homini ſuſcepta ſanctificatiõe miſcet, quã fides in ipſo pectore, affectu iuſtitiæ, miſericordiæ, pietatis, infundit: etiam in hoc ipſo quod numeroſis tritici granis cõfici nouimus, vnitatẽ cõſtat aſſignari populorum. Sicutẽ frumentum quod ſolita purgantis ſolicitudine præparatum, in candidam ſpeciẽ molarũ labore perficiẽ, ac per aquã & ſanguinẽ, in vnius panis ſubſtantia congregatiſic variæ gentes diuerſæq; nationes, in vnã fidẽ cõuenientes, vnum de ſe corpus Chriſti efficiũt: & Chriſtianus populus quaſi tritici innumerabilia millia, à ſacrilegis nationibus, fide purgante atque cribrante, ſecernitur: & in vnũ, quaſi infidelium lolio pertranſeunte, colligitur: & duorum teſtamẽtorum inſtructiõe, velut frumentum gemino molarũ opere curatũ, niteſcit, & in illã primæ originis dignitatẽ natiuo candore mutatur: ac per aquã baptiſmi vel ignẽ ſpiritus ſancti, æterni illius panis corpus efficitur. Sicut ergo ſe partiri grana ab illius cõfecti panis adunatiõe nõ poſſunt, & ſicut aquam in vino permixtã, iam ad propriã redire ſubſtantiã nõ poſſe cer-

cernimus, sic & fideles quiq; atq; sapiēt
qui redemptos se Christi sanguine sciut
ita debeo t quasi inseparabilia membra
piti suo, fidei conseruatione & ardenti
ma religione, sociari, vt ab eo nō volūta
nō necessitate seiungi, nō vlla terrenę s
ambitione, non deniq; ipsa possint mo
diuelli. Nec dubitet quisquā primarias
aturas nutu potentię, presentia maiestat
in dominici corporis trāsire posse natu
cùm ipsum hominem videat artificio c
lestis misericordiæ, Christi corpus effec
Sicut autem quicunq; ad fidē veniés, a
verba baptismi adhuc in vinculo est ve
ris debiti, his verò commemoratis, s
exuitur omni fęce peccati, ita benedicē
verbis cælestibus creaturæ, sacris altari
imponuntur anteq; in vocationē sum
nominis consecrentur, substantia illic
panis & vini: post verba autē, Christi, c
pus & sanguis est Christi. Quid autem m
est, si ea quæ verbo potuit creare, ve
possit creata conuertere? imò iā omn
videtur esse miraculi, si id quod ex nih
agnoscitur condidisse, iam conditum,
melius valeat cōmutare. Require quic
po

possit esse difficile, cui facile fuit visibilia & inuisibilia volūtatis imperio suscitare: cui facile fuit, hominē de limi materia figuratum, imaginem etiam suæ diuinitatis induere. Cui promptum est, eum rursum reuocare ab inferis, restituere de perditiōe, reparare de puluere, de terra in cælum leuare, de homine angelū facere, corpus humanum conforme corpori claritatis suæ reddere, & figmentum suum in regni sui consortio sublimare: vt qui corpus fragilitatis nostrę assumpserat, nos in corpus suę immortalitatis assumat: ad quam gloriosam resurrectionē pijs nos operibus præparare dignetur, qui regnat in secula seculorum.

Amen.

Superiùs pagina 176. linea vltima, pro potas, lege potes. Ibidem in margine si quas inueneris annotationes, dele. idq; hac conditione, si tuus codex harum mendarū particeps fuerit. Cætera quę malè habere quem possunt, nobis cōmunia cū archetypo noris.